NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
17 N
14

B 111. 0 21

12
21
e
16

Digitized by Google

ΚΕΡΑΣ ΑΜΑΛΘΕΙΑΣ,

seu

THESAURUS REMEDIORUM

è TRIPLICI REGNO, VEGETABILI, ANIMALI, MINERALI,

Siſtens

I. JO. JAC. WALDSCHMIED Deſcriptionem Virium Medicamentorum, tam ſimplicium quàm compoſitorum, quæ in Officinis Francofurtenſibus maximè extant, ſerie alphabeticâ.

II. Succeſſum Proceſſuum Chymicorum JO. FRANC. VIGANI in Medullâ Chemiæ.

III. Remedia Anglica ſelectiſſima Galenica & Chymica, ut & Monſpelienſia aliaque Miſcellanea.

IV. Generalia Operationum Pharmaceutico-Chymicar.

V. JOELIS LANGELOTTI & EMANUEL. KÖNIG CHYMIAM PHYSICAM circa Corporum naturalem & artificialem ſtatum, in quâ maximè verè Philoſophica Aurum triturandi ſeu genuina Auri potabilis conficiendi ratio & exquiſitior ætiologia traditur.

Edente & Curante

EMANUELE KÖNIG,

Phil. & Med. Baſil. Societ. Leopold. Imperial. Natur. Curioſ. AVICENNA.

BASILEÆ,

Typis EMANUELIS & JOH. GEORGII KÖNIG,

ANNO M. DC. XCIII. 2:15

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VIRO

NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO,

EXPERIENTISSIMO,

DOMINO

JACOBO HOCHREUTINERO,

MEDICINÆ DOCTORI

ET

PRACTICO apud SANGALLENSES ut FELICISSIMO ſic FAMIGERATISSIMO,

SUO QUONDAM COMMILITONI

ET

ITINERIS per GALLIAM SOCIO

AMICORUM OCELLO,

Hoc quicquid eſt pagellarum

In Medicinæ augmentum collectarum & editarum

In affectûs infucati ΤΕΚΜΗΡΙΟΝ,

Conſtantis Amicitiæ ΣΥΜΒΟΛΟΝ,

CUM VOTO OMNIGENAE PROSPERITATIS

conſecrat, inſcribit & offert

EMANUEL KÖNIG, Phil. & Med. D. Baſil.

Societ. Leopold. Imper. Acad. Nat. Curioſ.

AVICENNA.

by Goog

J. J. W.

PRÆLOQUIUM

AD

PHILIATROS & RERUM PHARMACEUTICARUM STUDIOSOS.

DUm nobis animus eſt, Rem & Materiam medicam, quæ præſcribendis Remediis & Formulis practicis inſervit, deſcribere, pro eo animo, quo Bonum Publicum unicè promovere hucuſque ſtuduimus, in commodum Philiatrorum & rerum Pharmaceuticarum ſtudioſorum, ea ſaltem quæ in futurâ Praxi præ aliis utilia ac magis neceſſaria occurrent, rigoroſiori examini ſubjicere tentare voluimus, reliquis, quorum uſus vel planè exſpiravit, vel non ita frequens eſt, perfunctoriè & ſuperficietenus delibatis: Idcircò notandũ, prudentiorum Medicorum modernorum in medicando propoſitum aliud longè eſſe quàm Veterum, quippe qui toti in eo erant, quâ ratione Medicamentorum ſylvam & numeroſum cumulum præ paucioribus laudabilioris famæ encomium ſuſtinentibus acquirerent, id quod ex Hodego Medico Gieſvvin & Macaſii Promptuario Mat. Med. facilè conſtat; Recentiores verò, ut plurimorum Practicorum propria evincit confeſsio & utilitas (qui ægros tractant ſepoſitâ receptorum in Officinas miſſione, ceu quod Dan. Ludovico Medico in Saxoniâ, ut fe-

 liciſsimo

licissimo ſic Celeberrimo ſolenne fuit) neglectâ tantâ ſimplicium & compoſitorum pompâ, ſelectum quendam inter Medicamenta inſtituunt, ſecernendo è *Digeſtivis*, *Purgantibus*, *Sudoriferis*, *Alterantibus*, &c. pauca eaque certiora, imò vix tria vel ſex ex qualibet claſſe ſibi familiaria reddunt, quæ propriis manibus componunt & inter homines ægros diſtribuunt, quo ipſo, teſte experientiâ, non ſolùm feliciores evadunt Practici, verùm & uſui proprio meliùs conſulunt; Propterea ſimplicia illa, ut & compoſita uſui huic accommodata paulò pleniùs quoad *Geneſin*, *Compoſitionem*, *Vires*, *Uſum*, *Doſin* & *Modum præſcribendi* tradere inſtituimus: In ipſa autem Ordinatione & Medicamentorum præſcriptione maximè pretium eorum reſpiciemus, (quod hinc ad valorem monetæ in S. Rom. Imperio conſuetæ adpoſitum eſt, idque, ut dictum, abſque præjudicio, in eum præcipuè Uſum, ut Medicus in præſcribendis Formulis valorem reſpectu vel Pauperum vel Divitum moderari noſcat) ne fortè ditioribus viliora, pauperibus verò pretioſiora ordinemus, illi enim viliora in medicando parvi faciunt, & plus adſcribunt Medicamentis, ſi ſuperbis notata ſint titulis, v. g. Gnaden-Balſam/ Perlen-Waſſer/ Himliſcher Theriac/ Gold-Pulver/ è contrario hi talia nummis redimere non poſſunt, & magis laudant Medicum, ſi Medicamenta minus pretioſa, probata tamen & minus pomposo titulo inſignita præſcribat.

Deus propoſitum ſecundet.

JOH.

JOH. JACOBI WALDSCHMIED,

Archiatri Haſſo-Caſſellani, & Profeſſoris Medici
Primarii in Acad. Marpurg. dum viveret,
Celeberrimi,

DESCRIPTIO
VIRIUM ET FACULTATUM
MEDICAMENTORUM,

Tam Simplicium quàm Compoſitorum,
quæ in Officinis Francofurtenſibus
extant,

Juxta Taxationem eorum,
SERIE ALPHABETICA
exhibita.

A.

ACACIA GERMANICA, Schlehenſafft/ (1.Pfund koſtet 15. Kreutzer/ 1. Loht 2. Pfen.) Succus eſt ex baccis expreſſus & inſtar Rob ſambuci pro meliori conſervatione inſpiſſatus, qui internè adhibitus adſtringit: Hinc uſus ejus commodus in hæmorrhagiis, hæmoptyſi, phthyſi, dyſenteria, nec non in laxatione uvulæ & anginâ: Ex. gr. ℞. *Conſerv. roſ. antiq. ℥iij. ſucc. acac. German. ʒvj. vel ℥ß. f. cum Syr. papap. errat. Elect.* quod in magnitudine nucis moſchatæ ſumatur.

ACETUM VINI, Eſſig/ (1.Maaß oder 54. Untzen 16.Kreutzer) Quoniam in ſubſequentibus præparatorum ex vino frequens fiet mentio, hinc

Digitized by Google

in fronte ex occaſione Vinologiam tradimus, ne in ſubſequentibus mora nobis injiciatur; Notetur autem, quod jam de Vino ejusque productis Aceto deſtill. Tartaro, Spir. vini dicimus, ad alios liquores vinoſos ex fructibus expreſſos idemmet facilè applicari poſſe. Eſt autem *Vinum* ſuccus uvarum expreſſus, vel per fermentationem depuratus; quæ depuratio accidit, dum in fermentationis actu feces deponit, fermentando autem ſpiritum aceſcit & volatiliſatur, quæ fermentatio in muſto excitatur, concurrentibus invicem acido & alkali, ubi partes heterogeneæ excluduntur, miſcibiles verò retinentur. Notatu dignum eſt, quòd injectâ limaturâ martis vinum non fermentet, cujus ratio hæc eſt, quia particulæ acidæ muſti agunt in corpus martis, illudque rodunt, unde non congrediuntur cum particulis alkalinis vini, & ſic fermentatio ceſſat. Eſt autem Vini anatomia circa tria occupata, 1. circa Spiritum vini, 2. circa Acetum, 3. circa Tartarum. *Spiritus Vini* eſt Sal volatile oleoſum copioſo phlegmate dilutum, oleoſum enim in vino per fermentationem exaltatur, & in ſpiritum transmutatur, qui ſecum abripit Sal volatile, quæ ſub fermentationis actu volatiliſata exhibent ſpiritum, cujus pars vaporoſa acidum quoddam temperatum ſimul continet, quod hoc adſtruitur experimento : Sumatur Spir. vini & confundatur cum Sale volat. armoniac. vel Sale volat. urinæ, ubi ſtatim coagulabitur in offam craſſiuſculam, quatenus Sal volat. armon. abripit acidum volatile in ſpiritu vini latens & ab eo coagulatur. Spiritus Vini rectificatus vocatur vulgò *alkohol Vini*, cujus proba eſt, ſi guttatim ſupernè in terram effundatur, eam non attingat, ſed evaneſcat. Quando Spiritus Vini abſtrahitur à Sale tartari probè calcinato, ita ut phlegma à ſale retineatur, & ipſe ſpiritus ſalis tartari partes quasdam ſecum abripiat, fit inde efficacior & vocatur *Spiritus Vini tartariſatus*, qui ſpiritum vini multis paraſangis antecedit in extrahendis virtutibus vegetabilium, ubi non invenit ſibi par menſtruum, quia ratione ſalis tartari in corpora extrahenda profundius intrat, & eſſentias probè elicit. Ipſe ſpiritus vini autem communiter deſtillatur ex fecibus Vini per veſicam, qui ſatis commodus etiam eſt pro extrahendis vegetabilibus, debilior tamen priore. Altera Vini pars eſt *acida*, quæ largitur Acetum, cujus conſideratio in medicamentorum ſerie nobis jam occcurrit, hoc acetum eſt baſis vini, à quo fit, ut muſtum fiat vinum, vinum mutetur in acetum, & Tartarus generetur : Eſt autem Aceti productio talis, quando acidum vini exaltatum exhalantibus partibus ſalinis volatilibus à vino ſubjugat & figit partem vaporoſam & ſulphuream, ita ut acetum minimè ſit liquor corruptus, ſed una ex principalioribus vini partibus, quod quò generoſius eſt, eò fortius etiam acquiritur acetum, quod deſtillatum audit *Acetum deſtillatum*, quod præparatur in lento igne, ubi prodit primò phlegma, ſequitur ſpiritus, in fundo manet ſal

fixum,

fixum: ſemel deſtillatum non debet cohobari, redditur enim debilius; Si fortius acetum deſtillatum deſideretur, addi poſſunt ſubjecta ſale volat. vaporoſo prædita, ut ſemen ſinapi, erucæ, piper, &c. Ratione virium acetum deſtillatum eſt valde penetrans & diſſolvens; Hinc in uſu medicamentorum alexipharmacorum non eſt ultimum, unde proſtant tot Aceta bezoardica in peſte valdè efficacia, de quibus jam dabitur diſſerendi occaſio. Uſum peregregium obtinet in febribus tam continuis, quàm intermittentibus, dum humores ferocientes laudabiliter præcipitat. In reſtituendo appetitu laus ejus eſt magna; propinatum cum *Ocul. cancr.* celebre eſt remedium in diſſolvendo ſanguine grumoſo & coagulato; doſis eſt ʒj. & ʒij. Nocet partibus nervoſis, hypochondriacis & hyſtericis, propter acidum ejus per ſe ſatis exceſſivum, unde Lentiges è facie expelluntur aceto fortiſſ. farinæ ſem. lupinorum affuſo, illud enim abſtergit, hoc verò lævigat. Sequitur *Tartarus Vini*: dixi antea feces Vini produci, dum beneficio fermentationis, ceu pars terreſtris & heterogenea ad fundum præcipitantur, quæ tamen in totum feculenta non ſunt, ſed habent ſua principia ſalina, copioſum ſcilicet acidum & alkali, quæ in complexu detinent partes terreſtres fixas & copioſas volatiles ſpirituoſas, poteſt enim, uti dictum, elegantiſſimus Spiritus Vini ex illis deſtillari; Hæ feces tum ab acido Vini perduntur, cùm particulis ſalinis ſolutis hoc ſe coagulat, & partes terreſtres ſimul conſtringit, ita ut ex horum unione fiat Tartarus. Concreſcit hic Tartarus in ambitu dolii, partim quia Vinum circa ambitum dolii eſt magis acidum, partim quia Salia quando coagulari debent, opus habent firmo ſubjecto, ut concreſcant, tale autem eſt lignum quercinum, ex quo dolia vinaria conſtant; Aliàs vox Tartari tripliciter ſumitur, Primò, pro acido vini ab omni vino inſeparabili, quod ſe manifeſtat in ovo vino immiſſo, quod poſt diem unam vel alteram vitreis quaſi cryſtallis tectum apparebit, quatenus acidum Vini teſtam rodendo, cum illâ in ſal cryſtallinum abit. Secundò, pro fecibus vini. Tertiò, pro concreto illo lateribus dolii adhærente, quod ſpecialius Tartarus vocatur, qui vel ruber eſt vel albus, prout Vinum vel rubrum eſt vel album ejusdem tamen virtutis & efficaciæ.

ACETUM BEZOARDICUM, Bezoar. Eſſig/ (1. Loht koſtet 4. Kr.) Deſcribitur à Schrœdero & aliis: eſt alexipharmacum egregium, adhibetur in- & externè: Internè habet vim diaphoreticam, cujus cochlear plenum per ſe dari, & corpus ad ſudores componi poteſt: vel miſceatur cum aquis deſtillatis & pro eodem ſcopo exhibeatur: ℞. *Aq. bardan. compoſ. ulmar. aa.* ℥iß. *acet. bezoard.* ʒiij. *miſc.* pro una doſi. Hoc aceto neglectis aliis operosè præparatis præſervativis à peſte quis ſe præſervare poteſt, ſi panis eo humectetur & ſingulis horis matutinis ſumatur. Vel ſpongia illo inebriari, in pyxide geſtari & naribus offerri poteſt.

Digitized by Google

ACETUM ROSARUM vel ALIARUM HERBARUM, Roſeneſſig (1. Loht koſtet 1. Kr.) Horum uſus eſt in affectibus ſoporoſis, quibus manus & pedes fricantur pro excitandis ſpiritibus: in animi deliquio imponuntur carpis manuum.

ACETUM RUTACEUM, Rauten-Eſſig/ (1. Loht 1. Kr.) Eſt Epilepticum paribus externè oblatum, tempora etiam, plantæ pedum & vola manuum eo inunguntur. ℞. *Acet. rutac.* ℥j. *olei de piperibus* ʒij. *miſc.* f. Mixtura ad plantas pedum & manus.

ACETUM SQUILLITICUM, Meerzwiebel-Eſſig (1. Loht 1. Kr.) paratur è ſquillis, egregiè convenit in affectibus pectorum aſthmaticorum, in obſtructione bronchiorum, aſthmate pituitoſo, qui mucum craſſiorem reſolvit & ad expectorationem vias operit, in præſcriptione miſcetur cum aliis aquis deſtillatis; pro potione doſis eſt ℥ß. vel ℥ij.

ACIDUM SULPHURIS (1. Loht koſtet 20. Kr.) eſt liquor ſubacidus, qui excipitur in præparatione florum ſulphuris tam ſimplicium quàm compoſitorum, ubi incidit, adſtringit, fermentum ſtomachi roborat; datur ad gutt. 30. ℞. *Acidi ſulph.* ʒij. S. Magenſtärckender Spiritus zu 30. Tropffen.

ACIDUM TARTARI (1. Loht koſtet 8. Kr.) aliud nihil eſt quàm Cremor Tartari, qui paratur, quando Tartarus ſolvitur in aquâ tepidâ, ut pars ejus terreſtris & fœculenta, quæ in ſtomacho digeri nequit, & in eo præcipitatur & ſubſidet, ſeparetur, qui Tartarus à ſordibus liberatus vocatur Cremor Tartari ſive acidum Tartari. Eſt univerſale & commodiſſimum digeſtivum & apertivum, dicatum eſt ſpleni & ventriculo: ℞. *Cremor. tartari* ʒß. *vel* ℈ij. S. Digeſtiv auff einmahl. Ingreditur etiam ipſa purgantia, ut illorum operatio abſque digeſtivo ſuccedat. ℞. *Crem. tartari* ℈ß. *pulv. laxativ.* ℈j. *diagrid. gr. iij. & Ol. fœnic. gut. j. miſc.*

ACREDO CITRI (1. Loht koſtet 5. Kr.) Eſt ſuccus citri expreſſus, cui, ne corrumpatur, ſuperaffundunt Pharmacopœi ol. amygdalor. quod aëris acceſſui obſtat: multi uſus eſt in febribus ardentibus & malignis in Julepis pro grata aciditate præſcripta, nec non in dyſenteria malignâ: admiſcetur etiam potionibus ſudoriferis ad ℥ß. ne ſanguis nimis commoveatur. ℞. *Aq. pimpinell. ſcabioſ. ulmar. aa.* ℥j. *aq. bezoard.* ℥ß. *pulv. bezoard. Sennert.* ℈j. *lapid. bezoar. gran. vj. ſucc. citr.* ℥ß. *miſc.*

ÆS USTUM, gebrañt Kupffer (1. Loht 3. kr.) rarioris uſus eſt, Chirurgi de ipſo conſumunt carnem luxuriantem, hinc ingrediens eſt præparationis cauſticorum.

AGALLOCHUM (1. Loht koſtet 3. Kr.) Hoc lignum in fruſtulis decorticatum ex Indiâ ad nos portatur, cujus bonitatis nota eſt amaritudo & gravitas, quæ reſinoſitatis index eſt, quia calidum ingreditur pulveres cerebrum & ventriculum confortantes.

AGARI-

AGARICUS, Lerchenſchwam (1. Loht 6. kr.) eſt ſpecies fungi trunco laricis adnaſcentis, duplex eſt mas & fœmina, præfertur fœmina, qui albiſſimus: Purgat humores pituitoſos & viſcidos: in forma pulveris vix dari poteſt ob levitatem; commodius in infuſione ad ℥ij. & ultra, ſed ne nauſeam pariat, ſolent inde præparari trochiſci cum ſal. gemm. & zingibere, hoc enim eſt ejus corrigens. ℞. *Agar. albiſſ.* ʒij. *vel agar. trochiſc.* ℈ij. *fol. ſenn.* ʒiiß. *rhabarb.* ℈ij. *Crem. Tart.* ʒß. infunde per noctem l. q. aquæ fontanæ, mane poſt lenem ebullit. ℞. *Col.* ℥iiß. *vel iij.* adde *ſyrup. de cichor. c. rhabarb.* ℥j. *aq. cinamom. cochl. j. miſc.* f. Potio pro unâ doſi.

ALIPTA MOSCHATA (1. Quintl. 12. Kr.) ſunt trochiſci ſudoriferi pro ſuffitu parati ex ladano, ſtyrace, moſcho, &c.

ALBUM GRÆCUM (1. Loht koſtet 1. Kr.) eſt ſtercus caninum in Julio collectum, quod habet vim abſtergendi, diſcutiendi, aperiendi. Hinc adhibetur utiliſſimè in tumoribus, colicâ, anginâ, dyſenteriâ.

ALOE, Aloe/ (1. Loht 3. Kr.) eſt ſuccus reſinoſus & gummeus, admodum amarus, cujus variæ ſpecies omnes ſaltem puritate & impuritate differunt. Eſt cholagogum quotidiani uſûs, datum ad ℈j. in formâ pilulari; poſt ejus uſum alvus redditur ſiccior, quia pars gummea quidem purgat, reſinoſa autem rurſus abſtergit. Malè pro uſu medico adhibetur Aloë lota, quia in lotione multum perdit de vi cathartica, hinc melius non lota ſubſtituitur, modò ſit lucida. Ex hâc parantur famoſæ Pilulæ Francofurtenſes hoc modo: ℞. *Aloës q. ſ.* diſſolve in ſ. q. *ſucci violarum*, trajice per linteum, inſpiſſa ad conſiſtentiam extracti, quæ ter repeti debet, ultimò ex eo cum ſpiritu vini extrahe tincturam, quam deſtill. in Baln. Mariæ, redige rurſus in formam extracti, quæ eſt maſſa harum pilularum, ex quâ formantur Pilulæ pondere grani, quæ ne coaleſcant, pulvere liquiritiæ aſperguntur: doſis ℈j. In calidioribus naturis & qui hæmorrhagias ſubinde patiuntur ab aloëticis abſtinendum, quia valde exſiccant & vaſorum orificia aperiunt.

ALUMEN, Alaun/ (1. Pfund 10. Kreutzer) Eſt minerale concretum in terrâ ex corpore terreo petroſo & ſpir. ſulphuris: habet vim adſtringendi, exſiccandi & ſimul aliqualem vim cauſticam: hinc uſurpatur in dyſenteriâ, diarrhœâ, potui ordinario injectum. Internè etiam ſæpius feliter uſurpatur in menſium fluxu ad ʒß. ſic quoque in febribus præmiſſis præmittendis ſingulare remedium exiſtit, hinc pro uſu febrili ſic præparatur à quibusdam: calcinant illud more conſueto, & dum adhuc candet in acetum conjiciunt, ut ita ſolvatur, ſolutionem filtratam evaporant in loco frigidiori in cryſtallos elegantes, quorum uſus ad ʒj. in Febribus apud multos Practicos eſt decantatum.

Digitized by Google

ALUMEN PLUMOSUM, Federweiſſer Alaun / (1. Pfund koſtet 32. Kr. 1. Loht 2. Kr. 2. Pfenning.) Effoditur in Saxonia, ſemel accenſum ſemper ardet, nec quid de ſubſtantiâ deperdit.

ALUMEN SACCHARINUM, Alaun-Zucker/ (1. Loht 1. Kr. 2. pfen.) mundificat & conſolidat vulnera.

ALUMEN USTUM, gebrañt Alaun/ (1. Loht 4. Kr.) attrahit potentius, & ſimul mundificat, inſpergitur vulneribus pro abſumendâ carne luxuriante, additur etiam pro dentifriciis in putredine gingivarum & ſcorbuto oris, quia mundificat & laxitatem corrigit.

AMBRA LIQUIDA, dünn Amber/ (1. Loht 20. Kr.) eſt oleum odore ambram æmulans translatum ex Indiâ, quo chirothecæ ſolent perfumari.

AMBRA GRYSEA, graw Amber/ (1. Gran 8. Kr.) Non eſt ex Balenis, nec ex ſuccis certorum fructuum ab avibus commeſtis, ſed provenit ex ipſâ tellure, cujus eſt pinguedo: dantur tamen in Indiâ fontes, in quibus Ambra copioſè repertur, ſic enim è tellure eructatur in fundo maris & tandem ad ſuperficiem ejus, ubi ad rupes & littora deponitur. Dicata eſt cerebro & generi nervino & cordi, in ſubſtantia dari poteſt ad gran. iij. vel vj. Parantur ex eâ *ſpec. diambr.* dictæ, quæ multùm valent in plurimis cerebri affectibus frigidis. ℞. *Spec. diambr. diamoſch. ſpec. contra Apoplex. Auguſt. aa. ʒij. nuc. jugland. condit num. ij. nuc. Indic. cond. ʒij. conſerv. flor. pæon. primul. veris. aa. ʒiij. ſacchar. in aq. lil. convall. ſolut.* F. Morſuli, qui in multis cerebri affectibus ſunt Panacea.

AMMONIACUM, Ammoniac/ (1. Loht 6. Kr.) vide inferius *Gummata.*

AMULETA contra Peſtem, Hertzſchild wider die Peſt/ (1. L. 6. kr. M. 1. 20. kr.) ſunt remedia externè ſuſpendenda de collo tempore Peſtis. Vid. Croll. Baſilicam Chymicam.

AMYLUM, Niderländiſch Kraffimähl/ (1. Pfund 10. Kr. 1. Loht 2. pfen.) paratur è tritico per macerationem, ubi grana macerata exiccantur, rurſus exprimuntur, & ſic prodit ſubtilis hæc farina, quæ in uſu medico conceditur Hecticis & Phtiſicis pro nutritione.

AMYGDALÆ amaræ, bittere Mandeln/ (1. Pfund 20. kr. 1. Loht 1. kreutz.) diureſin promovent, arcent ebrietatem, ante compotationes ſumptæ, externè ſiſtunt dolorem capitis. DULCES, ſüſſe/ (1. Pf. 18. Kr. 1. Loht 1. Kr.) nutriunt, ſanguinis & humorum acrimoniam propter oleoſitatem demulcent, hinc ſub formâ emulſionis dantur in vomitu, diarrhœâ, dyſenteriâ, febribus ardentibus, vigiliis, &c.

ANACARDIA, Elephantenlauß (1. L. 3. kr.) ſunt fructus figurâ cor aviculæ referentes, creſcunt in quibuſdam Indiæ Provinciis. Valdè calida ſunt, & idcircò facilè efferveſcentias febriles cauſant; Specificum ſunt in intemperie cerebri vel potius totius ſanguinis frigidâ & humidâ, & conſumendo humi-

Digitized by Google

humiditatem in cerebro, confortant memoriam, quia illa hujus felicitati obſtat.

ANTHERA, das Gelbe (1.Loht koſtet 2.kr.) in Roſen/ ſunt roſarum capillamenta lutea: ingrediuntur pulveres dentifricios in laxitate gingivarum & dentium vacillatione.

ANTHOPHTLLI, Mutter-Näglein/(1.L.20.kr.) differunt tantùm à caryophylli gradu perfectionis, ſuntq; fructus arboris aromatici in orientalis, qui tantum odorem aromaticum ſpirat, , ut enim per longa ſpatia ad navigantuim nares feratur. Antophylli valdè comodi ſunt in menſium obſtructione ſanguinis intemperie frigidâ & viſcidâ, morbis inde ortis ut in cruditate ventriculi, lypothymia, odontalgia, ubi denti cavo induntur. Pro tali intemperie ſanguinis corrigendâ commodè præſcribitur in formâ Trageæ. ℞. *Cort. aurant. citri exſiccator. aa.* ℥ij. *galang.* ʒj. *macis, antophyll. aa.* ℈j. *Sacch. alb. ad pondus omnium, miſc.*

ANTIDOTUS Matthioli, außtreibende Giffts Latwerg/(1.Pf.6.fl.1.L.16.kr.) juvat vires cum theriacâ; convenit hinc præſervationis gratiâ in febribus malignis: jejuno ventriculo magnitudine nucis moſchatæ dari poteſt; Curationis ergò ad ʒj. & ʒij. Optimè conducit ad ſudores eliciendos.

ANTIHECTICUM POTERII (1.Quintl. koſtet 20. Kr.) Ejus præparatio hæc eſt: ℞. *Reguli Jovialis antimonii, vel Jovis part. 5. regul. antim. art.* 4. fundantur in crucibulo, poſteà detonentur cum triplo nitri per integram horam, ut omne ſulphur inflamabile ſeparetur, fiatq; album, ubi obſervandum, quòd quandiu cœruleſcat, nondum bene præparatum ſit. Corrigit egregiè acidum vitioſum, hinc laude dignum eſt in morbis uteri, paſſ. hyſterica, hæmorrhagia vel vomitu cruento à menſibus ſtagnantibus ſuborto; Porrò in hecticâ, febribus, propter vim bezoardicam & pleuritide celebre remedium, egregiè enim refrigerat ratione nitri & ſanguinis ebullitionem ſedat.

ARCANUM duplicatum Mynſichti (1. Quintlein 4. Kreutzer.) Qui de ejus præparatione videatur: à modernis loco digeſtivi & aperitivi ſæpius uſurpatur, præſertim in febribus & viſcerum obſtructionibus. ℞. *Arcan. duplicat. Mynſ. ſal. tart. abſynth. aa.* ℈ß. *miſc.* datur in duplo. S. Dämpffend Pulffer auff zwey mahl.

ANTIMONIUM, Spieſglaß/(1.Pfund 16.Kr. 1.Loht 2.pfen.) Non eſt purum minerale, nec etiam metallum, ſed medium quoddam inter utrumque, conſtituitur enim ex tribus, ſulphure copioſo minerali, mercurio metallico & ſubſtantia terreſtri ſalina ſulphur in eo valdè fixatum eſt, & propterea ad naturam ſulphuris ☉lis accedere dicitur, poteſt enim ex eo elici tinctura pro tingenda ☽â in ☉em, de quo *Baſil. Valent.* unde hoc ſulphur multò nobilius & elegantius eſt, quàm commune illud; ex hoc fonte prodit

dit virtus antimonii cephalica, epileptica & venenis reſiſtens. Mercurius antimonii eſt naturæ ſaturninæ & à ſulphure ſeparatus conſtituit Regulum antimonii, mirabile concretum, de quo infra. Refertur inter venena antimonium, & vix ita crudum uſurpari poteſt, quamvis teſte experientiâ, equis & porcis citra pericula ad ʒj. vel ij. in paſtu ſæpius detur, à quo ſaginantur & à morbis præſervantur; Legi aliquando in Ephemerid. Gall. de quodam, qui porcos antimonio pinguefecerit, quod Monachi videntes eodem remedio ventres ſaginare ſunt auſi, verùm ſucceſſus fuit funeſtus, unde alii vocabulum antimonii ita derivant quaſi antimonialia contra monachos; quod verò brutis non noceat, fit id propter acidum potens ventriculi, quod ejus virulentiam corrigit, hinc pro uſu Medico per additionem Nitri, quod acidum eſt, corrigitur. In electione ſumendum illud, quod ex aurifodinis eruitur, quod ponderoſum eſt & argenteis ſtriis notatum. potentius autem venenum poſſidet illud, quod ex fodinis arſenicalibus profertur.

CINNABARIS ANTIMONII, (3.Quintl. koſtet 12. kreuzer.) Artificialis hæc Cinnabaris fit hoc modo. Antimonium & Mercurius ſublimatus aa. in mortario lapideo exactè miſcentur & per retortam amplioris colli pelluntur; Quod tranſit butyrum Antimonii dicitur, & tandem igne aucto obtinetur *Cinnabaris Antimonii.* Nota, ſi plus Cinnabaris quàm Butyri obtinere velimus Mercurius ſublimatus, in duplo ſumi debet. Ut autem Cinnabaris malignitate arſenicali, ſi fortè adſit, privetur, debet aliquoties ſublimari & Spiritu vini lavari. Eſt remedium planè ſingulare pro partibus nervoſis, unde in morbis convulſivis ſibi non invenit par remedium, imò in omnibus ferè affectibus cerebri dari poteſt, teſtante Williſio enim ſunt convulſivorum morborum cura meritò petitur ex Cinnabarinis, atque etiam in tremoribus optimum ſunt remedium, hinc illis qui ex laboribus metallicis ſales concipiunt malignos ſuadere poſſumus: Infantibus exhibetur ad gran. ij. vel iij. ℞. *Cinnabar. antimonii gran. ij. vel iij. pulv. march. correct. gran. ij. miſc.* f. Pulvis. Pro ſummâ doſi in epilepſia exhibetur ad ℈j. cum mixtura ex aquis deſtillatis.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM (1. Quintlein 12. Kreuzer.) ſic præparatur: ℞. *Antimonii vel Regul. antimonii part. j. Nitri part. iij.* pulveriſentur ſeorſim & miſceantur, detonentur in crucibulo ignito, cui per vices infundantur cochleatim, poſtea ſuperveniente ignitione unâ vel alterâ horâ materia per vices cum ſpatula eximi & aquæ frigidæ injici poteſt, in quâ abluendus pulvis & exſiccandus. Notetur 1. quòd Antimonium diaphoreticum ex regulo præparatum ab aëre non ita alteretur in vomitorium, quàm ex crudo antimonio. 2. Quòd intra ſemeſtre igne rurſus ſit corrigendum, quia facilè induit vim emeticam vel propter ſulphur volat.

qui ex

qui ex aëre attrahit, vel quia Nitrum, quod Antimonium figere debet ab aëre interdum mutatur. Eſt celebre ſudoriferum, commendati uſus in febribus intermittentibus, & cùm potenter contra acidum agat, feliciter adhibetur in ulceribus & internis abſceſſibus, pleuritide, eryſipelate & morbis à ſanguine grumoſo ſubortis: doſis ſunt gran. xv. uſque ad ℈j. ℞. *Antimon. diaphor. gran. xv. Sal. volat.* C. C. *gran. v. miſc.* pro unâ doſi, qui pulvis pro ſcopo ſudanti eſt polychreſtus.

VITRUM ANTIMONII, (1. Loth 3. Kr.) ♁um calcinatum in crucibulo liquatur & poſtea in patellam funditur, ubi in vitrum concreſcit. Nunquam datur tutò in ſubſtantiâ, propter vim vomendi nimis vehementem, dum ſubinde gran. ij. vel iij. ſufficiunt pro inducenda hypercatharſi lethali, hinc melius inde fiunt infuſa cum vino. ℞. *Vitr. antimon. gran. iv. vel v.* infundantur per noctem in ℥iiij. vel vj. Vini, manè filtretur per chartam, adde *Julep. roſar.* ad gratiam. Notus eſt *Calix Rulandi*, qui fit ex ligno juniperino, cui pix cum Vitro antimonii implicatur, in quem ſi infundas Vinum vel alia ſpirituoſa, attrahunt vim emeticam. Pertinet huc *Annulus vomitorius*, qui fit ex particulis vitri antimonii annulo incluſis, qui Vino immerſus dat infuſum vomitorium, qui quamvis millies infundatur, vix tamen privabitur ſuâ virtute.

AQUÆ DESTILLATÆ.

Deſtillantur Aquæ convenientes per Balneum Mariæ, communiter autem per vaſa cuprea ſtanno obducta, nuda enim vaſa aquas reddunt culpabiles, cùm iisque per ſpiritum armoniaci facilè Tinctura cœrulea eliciatur; omnibus præferuntur vaſa vitrea & figulina. Ipſæ herbæ deſtillandæ prius aſpergi debent aquâ vel deſtillatâ vel communi, & ſi ſint aromaticæ Vino: Aqua ſemel deſtillata pro lubitu laborantis à novis herbis & floribus rurſus abſtrahitur, ut fiat odoratior.

AQUA ABSYNTHII, Wermuhtwaſſer/ (1. Pfund koſtet 10. Kr.) Herbæ amaræ per deſtillationem vix aliquid largiuntur, unde tantâ virtute medicâ non pollet; hæc profligandis lumbricis internè dari poteſt. Ex eâ parat D. Timæus ſuam tincturam aloëticam, quâ in phthiriaſi utitur: ℞. *Aq. abſynth.* ℔. *j.* diſſolve in eâ *aloës puriſſ.* ℥*ij. miſc.*

AQUA FOLIORUM QUERCUS, Eichenlaubwaſſer/ (1. Loht 2. Pfenning.) Adſtringit, hinc in hæmorrhagiis & hæmoptyſi internè datur, additur enim gargariſmis in uvulæ relaxatione & dentium vacillatione à corruptione gingivæ: ℞. *aq. roſar. plantag. fol. quercus aa.* ℥*iß. theriac.* ʒ*vj. rob. diamor.* ℥*j. miſc.* f. Gargariſma.

AQUA ABROTANI & CALAMINTHAE, Stabwurtzwaſſer/ (1. Loht 3. pf.) carminativæ ſunt utero & ventriculo gratæ.

Digitized by Google

AQUA CARD. BENEDICTI, Cardenbenedictenwaſſer (1. Loht koſtet 2. pfen.) Præſtans eſt ſudoriferum febribus, pleuritide, peripneumoniâ multum proficuum, poteſt cum aliis miſceri ſudoriferis. *℞. aq. card. bened. veron. aa.* ℥j. *aq. theriac.* ʒiij. *diaſcord.* ʒß. *antimon. diaphor. gran. vj. miſc.* f. Potio.

AQUA CERASORUM NIGR. ſchwartz Kirſchenwaſſer/ (1. Loht 1. kreutzer.) utimur eâ in febribus & morbis acutis, ubi metus epilepſiæ pro reſtaurandis viribus: ℞. *aq. cord. frig. Hercul. Saxon. ceraſor. nigr.* C. C. *citrat. aa.* ℥j. *confect. alkerm.* ℈j. *Tinctur. corall.* ℈ß. *miſc.* Infantibus convulſionibus correptis, loco potûs ordinarii, cum *Syr. Viol. dulc.* conceditur.

AQ. CITRI, Citronenſchelffenwaſſer (1. Loht 1. kreutzer.) Eſt duplex vel ex ſucco Citri, quæ cardiaca eſt in febribus malignis, vel ex corticibus paratur, quæ carminativa eſt, & utero ſolatium præbet.

AQ. FLOR. FABARUM, Bohnenblütwaſſer/ (1. Loht 1. kreutzer.) Coſmeticum eſt, convenit enim in gutta roſacea.

AQ. FRAGORUM, Erdbeerwaſſer/ (1. Loht 2. kr.) Deſtillantur vel cum vel ſine Vino. Hæc laudatur in febribus ardentibus & malignis pro reſocillatione virium, illa eſt diuretica & laude digna in calculo, ſæpius cochleatim propinata, hinc poteſt eſſe vehiculum omnium diureticorum.

AQUA LILIORUM ALBORUM, Weiß Lilienwaſſer/ (1. Loht 1. kr.) Conceditur in aſthmate tuſſi menſium ſuppreſſione, &c.

AQ. *MAJORANÆ*, Majoranwaſſer/ (1. Loht 1. kr.) in uſu externo eſt errhinum.

AQUA *GALEGÆ*, Geißrautenwaſſer/ (1. Loht 2. pfen.) eſt alexipharmacum & pectorale.

AQ. *LAVENDULÆ*, Lavendelwaſſer/ (1. Loht 1. kr.) offertur naribus & pulſibus pro recolligendis viribus.

AQUA MELISSAE, Meliſſenwaſſer/ (1. Loht 1. kr.) Plurimis in affect. eſt commoda, eſt enim egregium Cardiacum in & externè uſurpatum, præſertim deſtillata cum vino: Gloria magna eſt in paſſione hyſtericâ, colicâ flatulentâ, ventriculi imbecillitate, &c. Eſt duplex, *ſimplex & compoſita*, hæc familiarior ſolet eſſe in morbis uterinis. Sic talis mixtura in paſſione hyſterica ordinari poſſet: *℞. aq. hirund. cum caſtor. hyſteric. aa.* ℥j. *aq. meliſſ. cum Vino, aq. vit. mulier. aa.* ℥ij. *ſpir. menth.* ʒj. *Liquor.* C. C. *ſuccinat.* ʒß. *Sacch. perlat.* ʒij. *miſc.* f. Potio cochleatim danda.

AQ. FLOR. POEONIAE, Peonienwaſſer/ (1. Loht 2. pfen.) Specificum in Epilepſiâ & motibus convulſivis, datur enim commodè infantibus dentientibus cum ſyrup. flor. pœon. in vulneribus capitis cum admixtione aliarum aquarum egregium.

AQ. ROSMARINI, Roſmarinwaſſer/ (1. Loht 1. kreutzer.) Vix eſt in uſu cum ipſa herba melius in ſubſtantia, vel infuſione, vel ſub formâ Conſervæ detur.

Aqua

Aqua Spicae, Spicanardwaſſer/ (1. Loht koſtet 1. kreutzer) in & externè vires reſtaurat.

Aqua Zedoariae, Zittwenwaſſer/ (1. Loht 2. kr.) Stomachi eſt ſolatium, & uteri præſertim in menſium ſuppreſſione; In Colicâ mixta cum aquâ carminativ. corticum citri præſentaneum fert remedium. Manè & veſperi hauſta emendat oris fœtorem. Eſt *ſimplex* & *compoſita*. Hæc in affectibus ventriculi & colicâ vel ſola ſufficere poteſt, deſtillatur enim cum *ſemine aniſi*. ℞. *aq. zedoar. aniſ.* ℥*iv. malv. juniper.* ℥*j. miſc.* S. cochleatim manè & veſperi.

Reliquæ, quæ in Officinis proſtant aquæ ſimplices, ſimplicium virtutes æmulantur.

AQUÆ COMPOSITÆ.

Harum ingredientia ita comparata ſunt, ut ad alembicum aſſurgere & deſtillata de ſe quippiam largire poſſint.

Aqua Acouistica *Mindereri*, Waſſer zum Gehör/ (1. Loht koſtet 4. kr.) Ultimum ea remedium in ſurditate, ſonitu & tinnitu aurium: ℞. *aq. acouiſt. Minder.* ʒ*ij. miſc.* inſtillentur veſperi aliquot gutt. cum goſſipio.

Aq. Alkekengi, Juden Kirſchenwaſſer/ (1. Loht 4. kr. 2. pfen.) Diureſin promovet & pellit calculum. ℞. *aq. alkekeng.* ℥*iv. Syr. viol.* ℥*ij. miſc.* Doſis 2. vel 3. cochlear.

Aq. Anhaltina, Anhaltiſch Waſſer/ (1. Loht 6. kreutz.) Eſt vel completa vel incompleta, hæc eſt cum vel ſine moſcho, quotidie venit in uſum in affectibus cerebri, apoplexiâ, vertigine, paralyſi, &c. ℞. *aq. anhalt. incomplet.* ℥*ij.* quâ fricatur membrum paralyticum, valet etiam in dolore dentium, ubi una vel altera guttula denti cavo inditur. ℞. *aq. anhalt. complet.* ʒ*j.* in intemperie ventriculi frigidâ, colicâ, menſium ſuppreſſione, &c. Externè exhibita laudem meretur. ℞. *aq. anhalt. complet.* ʒ*iij.* quâ inungatur regio ventriculi & in colica regio umbilici.

Aqua Antihectica, beſonder Krebswaſſer oder Abnemmwaſſer/ (1. Loht koſtet 2. kr.) Eſt compoſita ex partibus animalium ſanguine porcino, ſero lactis, habet vim nutriendi & humectandi in phthyſi & hectica dantur ℥ij. vel iij. ter de die. Dubitant multi de viribus hujus aquæ dicentes, quod in ejus deſtillatione nihil niſi merum phlegma per alembicum aſcendat, contrarium indicat ipſa experientia, cùm tales aquæ contrahant rancorem, quod ita non fieret, niſi phlegmati innatarent partes viſcidæ & gummeæ, quæ nutritionem præſtant.

Aq. Antiscorbutica, Scharbockwaſſer/ (1. Loht 4. kr.) Deſcribitur à Schrödero, eſtque nihil aliud quàm phlegma, in quo Salia antiſcorbutica ſunt ſoluta; nomen indicat uſum.

Digitized by Google

Aqua Aperitiva *Schröderi*, Eröffnend Waſſer (1. Loht koſtet 3. kr.) utimur ea in ſanguinis intemperie pituitoſâ, in obſtructione præſertim lienis: ſumuntur ſingulis horis matutinis 3. cochlearia: *℞. aq. aperitiv. Schröd.* ℥iv. *mixt. hypochondr.* ℨij. *miſc.*

Aq. Asthmatica, Lufftwaſſer/ (1. Loht 4. kr.) Eſt aqua ſpirituoſa, prodeſt egregiè in aſthmate cum Julepo roſar. edulcorata: *℞. aq. aſthmat.* ℥ij. *Julep. roſar.* ℥ß. *miſc.* S. Lufftwaſſer Morgens und Abends zu gebrauchen.

Aq. *Bardanæ compoſita*, eingebeizt Klettenwurtzelwaſſer/ (1. Loht 4. kr.) Vid. Pharmacop. Auguſtan. *Excell. DN. D. Schrökii.* Inter Alexipharmaca poſtremum eſt, elicit enim potenter ſudores: *℞. aq. Bardan. compoſ. Ulmar. aa.* ℥ij. *acet. bezoard.* ℨiij. *miſc.* pro unâ doſi.

Aq. *Chamomillæ compoſita*, Camillenwaſſer/ (1. Loht 2. pfenn.) carminativa eſt, unde multum valet in Colica, præſertim Infantum: *℞. aq. Chamomill. compoſ.* ℥ij. *Syr. menth.* ℥ß. *miſc.* S. Grimmenwaſſer Morgens und Abends 1. oder 2. Löffelvoll zu nemmen.

Aq. *Carbunculi*, (Carfunckelwaſſer/ (1. Loht 6. krentzer.) Convenit in imbecillitate ventriculi colica, dolore uterino, &c. *℞. aq. Carbunc.* ℨiij. & cum ſpir. reſtauret cordiacum eſt pro epithemate cordi & pulſibus oblata.

Aq. *Cephalica*, Haupt-Schwindel-oder Schlagwaſſer/ (1. Loht 5. kr.) In affect. uteri commodè adhibetur: In ſoporoſis affectibus laudem meretur in & externè adhibita: *℞. aq. Cephal. cum Caſtor.* ℥iß. Waſſer/ den Ruckgrat damit zu reiben.

Aqua Cinamomi, Zimmetwaſſer/ (1. Loht 4. kr.) Eſt valdè calida hinc in frigidis morbis in & externè egregia; Ut calor ejus temperetur, additur *aq. borraginis* vel *bugloſſi*, & vocatur tunc *aq. cinam. bugloſſata vel borraginata*, ſic enim temperata ad ℥ß. vel *aliquot cochl.* tutò datur. Sic enim fit egregium cardiacum, ſi non proſtet in officinis, poteſt ita præſcribi: *℞. aq. borrag.* ℥ij. *cinamom.* ℨj. *miſc.* S. Zimmetwaſſer Löffelweiß zu nemmen.

Aq. *contra* Flatus, Grimm- oder Windwaſſer/ (1. Loht 2. kr.) vocatur etiam *carminativa*, propter aromata eſt calida & ſuaviſſimi odoris, roborat ventriculum, diſcutit flatus, unde in Colicâ flatulentâ egregium eſt. Paratur hoc modo, *℞. Cinam.* ℥iij. *Cardam.* ℥j. *Caſſ. lign.* ℥ij. *Sem. aniſ. fœnic. cumin. carui. aa.* ℥iij. *Coriandri* ℥ß. *Caryoph. Caſſ. Caryophylli aa.* ℥iß. *Nuc. moſch. num.* 6. contuſa groſſo modo infund. in ſ. q. *Spir. frument. aut menſ. xiij. vel xij.* doſis *cochl.* j. vel ij.

Aq. *de* Corde Cervi, Hirſchhertzwaſſer/ (1. Loht 6. kr.) Subſtitui poteſt aq. C. C. citrata, quæ in lypothymia & febribus malignis ſuſtinet famam. Vid. ſuperius *Aq. Ceraſorum nigrorum.*

Aq. Cordial. Hercul. Saxoniae, kühlend Hertzwaſſer (1. Loht 6. kr.) Eſt vel calida & frigida, hæc autem magis eſt in uſu cum & ſine Camphora deſtillata,

deſtillata, quod in præſcriptione ſuperaddendum, quia multi non bene ferunt Camphoram, in ejus præparatione omitti poſſunt ſpecies diatrion. ſantalor. Eſt celebre Cardiacum. Vid. *Schröder.* & *Bartholett. Encyclopæd. Herm.*

Elixir vitæ Matthioli, Elixir des Lebens/ (1. Loht 12. kr.) In affect. cordis, capitis ſoporoſis, ventriculi & morbis flatulentis valet optimè: ℞. *Elix. vit. Matth.* ℥ij. *S.* Haupt- und Magen-Elixir zu 20. und 30. Tropffen. Solvitur in eo eleganter *Reſin. Jalap.* & Julepo roſato edulcoratur. Externè infantibus Colicâ laborantibus inungitur abdomini.

Balſamus Embryonum, Kinderbalſam/ (1. Loht 6. kr.) Confortat fœtum in utero, & præcavet abortum, miſcetur cum *ſyr. viol. vel manibus Chriſt. perlat.* doſis *cochl. j.*

Aqua è Nucleis, Nußwaſſer/ (1. Loht koſtet 2. kreuzer.) Convenit in menſium ſuppreſſione ad cochl. j. vel ij. Nuclei perſicorum ceraſa & amygdalæ amaræ, utique quid communicant in deſtillatione, quod ſapor & rancor pòſt aliquoties ſuperveniens teſtatur.

Aq. Epileptica *Langii*, Doct. Langen Steupwaſſer/ (1. Loht 4. kreuz.) Uſum ipſum nomen indicat, quod nempe cerebrum confortet, præſervet ab Apoplexia & Epilepſia: ℞. *aq. Epilept. Lang.* ℥iv. *manus Chriſt. perlat. ad gratiam, miſc. S.* Köſtliches Hauptwaſſer/ vor ſchlaffen gehen 2. Löffel voll zu nemmen. Etiam externe à catarrhis & apoplexiâ præſervat: ℞. *aq. Epilept. Lang.* ℥vj *D. S.* Waſſer in die Naſen zu ziehen.

AQUA FORTIS, Scheidwaſſer/ (1. Pfund 1. Guld.) Nitr. ejusque Spir. baſis eſt omnium aquarum fortium, etiam Aquæ Regis; communi paratur ex Nitr. part. j. & ⊖li part 2. hæc mixta deſtillantur per retortam, & fit inde aq. fort. quæ forte nihil aliud eſt, quàm ipſe Spir. Nitri, utut additum fuerit Vitriolum, quia de eo vix aliquid procedit, niſi quod fortè ♀. partes quaſdam metallicas Veneris ſecum rapiat, hinc tantum ferè præſtamus; cum Spir. nitri, quantum cum Aq. forti. Si Sal armon. in Aq. fort. ſolvatur, fit inde aq. regia. Hæ aquæ ſunt menſtrua corroſioſiſſima, compactiſſima corpora ſolventia, in ſpecie ☉. & ☽am, hoc autem conſiderandum, quod Aq. fortis licèt ſit ſatis corroſiva, ☉em tamen non ſolvatur, quod facit Aq. regia propter texturæ diverſitatem: Solutio verò horum radicalis altioris eſt indaginis, de qua Turba Philoſoph. Muſæum Hermet. &c. conſulantur.

Aqua Hirundinum, Schwalbenwaſſer/ (1. Loht 3. kr.) Utraque tam *ſimplex*, quàm *compoſita* convenit, egregiè convulſionibus ex utero & externè fluxionibus arthriticis. Eaſdem vires habet ſequens hyſterica. Vid. ſupra *Aq. Meliſſæ.*

Digitized by Google

Aqua Hysterica Maior, groß Mutterwaſſer/ (1. Loht koſtet 4. freuß.) vocatur, quia eſt in frequenti uſu in menſium ſuppreſſione, in partu difficili, &c. Doſis ʒij. ad ℥ß.

Aqua Liliorum Convallium, Meyenblümleinwaſſer/ (1. Loht 3. kr.) Internè in vertigine, apoplexia, debili memoria, aliisque capitis affectibus commodè datur. Externè cordi & pulſibus poteſt applicari.

AQUA MAGNANIMITATIS, beſonder Ameiſſenwaſſer (1. Loht 6. kr.) Schröderus & Staticius dant deſcriptionem: præſtat multùm in arthritide vaga, dolore iſchiatico, ſpaſmo, atrophia, ſi pars affecta ea inungatur, in paralyſi quoque & convulſionibus ſpinæ dorſi illinitur: Formicæ iſtæ majores, quæ hujus aquæ compoſitionem ingrediuntur, colliguntur in Junio Lunâ creſcente, in cucurbitâ, in quam fruſtum caſei imponitur; quando ſufficiens copia eſt collecta, baculo acuto caſeus eximitur, & formicis Spiritus Vini ad eminentiam trium digitorum affunditur & deſtillatur, quòd ſi aquam hanc ſeu Spiritum fortiorem deſideres: ℞. Eandem deſtillatam & digere in eo alias formicas, pòſt deſtilla: Formicæ tales inſerviunt multùm balneis, ſumantur cum toto acervo, ebulliant in aquâ, & adhibeantur pro pediluvio, quæ dictis ſcopis apprimè inſervire poſſunt. Certè ſignatura hæc animalibus peculiare quid promittit.

AQUA MASTICHINA, Maſtixwaſſer/ (1. Loht 4. kr.) Exhibetur in morbis ventriculi & inteſtinorum vomitu, nimirum diarrhœâ, cholerâ, dyſenteriâ, in forma mixturæ, per ſe enim exhibita fit ingratior: ℞. *Aq. menth.* ℥ij. *maſtich.* ℥ß. *aq. carmin.* ʒvj. *Tinct. proprietat. Mynſicht.* ʒij. *Syr. corall.* ʒvj. *miſc.* S. Mixtur/ Morgens und Abends 3. Löffel voll zu nemmen. In vomitu cum linteo duplicato externè imponitur ventriculo calidè.

Aqua Mirabilis Langii, Doct. Langen Wunderbares Hauptwaſſer/ (1. Loht 6. kr.) dicitur vulgò das Wunderwaſſer. De viribus vide *Aquam Anhaltinam.*

Aqua Nervina, Nervenwaſſer/ (1. Loht 6. kr.) ſubſtitui poteſt *Aqua Magnanimitatis.*

Aq. Ophthalmicae, Augenwaſſer/ (1. Loht 3. kr.) Hæ aquæ poſſunt oculis inſtillari ad abſtergendas maculas, curandum pannum, catarractam, &c.

Aqua Perlarum, Perlenwaſſer/ (1. Loht 4. kr.) Valet in virium imbecillitate, & extremis caſibus: ℞. *aq. Perlar.* ℥ij. *confect. alkerm.* ʒj. *miſc.* S. Perlenwaſſer Löffelweiß zu geben. Et cùm Mulierculæ eam non benè ferant in affect. uterin. adhiberi non debet.

Aq. *PICARUM*, Agelwaſſer/ (1. Loht 4. kr.) Datur in Epilepſia internè, in Paralyſi externè.

Aqua *RESTAURANS*, Waſſer wider das Abnemmen/ (1. L. 4. kr.) *REFRIGERANS*, kuhlend Anſtreichwaſſer/ (1. Loht 2. kr.) convenit cum *Aquâ Antihecticâ.*

Aqua

Aqua Rosarum Moschata, gebiſamt Roſenwaſſer/ (1. Loht koſtet 2. kreuzer) eſt ſuaviſſimi odoris.

Aq. *SALVIÆ compoſita*, Salbenwaſſer/ (1. Loht 4. kr.) Internè confortat cerebrum affectum morbis frigidis: externè pugnat contra defluxionem, convulſiones, dolores iſchiaticos, ſi pars affecta eâ illinatur.

Aqua Specier. Looch sani & experti, Bruſtwaſſer/ (1. Loht 2. kr.) Eſt in uſu in affectibus pectoris aſthmaticis & tuſſi: deſtillatur ex ſpeciebus Looch ſani & experti, proſtat etiam in Officinis Electuariũ, quod ita vocatur.

Aq. *STOMACHALIS Dorncrellii*. Magenwaſſer/ (1. Loht 4. kr.) Non eſt in uſu.

AQUA THERIACALIS, Theriacwaſſer/ (1. Loht 4. kr.) propter vim alexipharmacam, quo venenis reſiſtit, pro ſcopo fundendi in Febribus malignis ſæpiſſimè venit in uſum: *℞. Aq. contra Febr. malign. ulmar. aa. ℥j. aq. theriac. ℨvj. Mixt. ſimpl. ℈j. miſc. S.* Schweißwaſſer. Et cùm ſimul poſſident vim anodynam, prodeſt in doloribus, vigiliis, diarrhœâ, &c.

AQUA VITÆ compoſita, Aquavit/ (1. Loht 10. kr.) In ventriculi cruditatibus valet, ſi manè ante egreſſum cochlear. j. vel ij. jejunè ſumantur.

AQ. VITÆ JUNIPERINA, Wachholder Aquavit/ (1. Loht 4. kr.) Convenit in morbis thoracicis, urinæ ſuppreſſione & calculo.

AQ. VERONICÆ cum Malvatico, Ehrenpreißwaſſer mit Spaniſch. Wein/ (1. Loht 2. kr.) prodeſt in Colicâ flatulentâ, menſ. ſuppreſſ. & tuſſi inveterata.

Ex his Aquis unà cum Spiritibus, Tincturis, Eſſentiis, Syrupis, &c. ad normam datarum, mille aliæ, quæ *Potiones & Mixturæ alterantes* vocari ſolent, poſſunt concinnari formulæ.

ARGENTUM FOLIATUM. Argentum nobile dicitur metallum reſpectu ignobiliorum, ipſo tamen ☉ro ignobilius. Ratione principis conſtat 🜂. ⊖ina copioſa & maturiori velut perlata, cui ſe aſſociat Mercurius, qui ab acido figitur. Anatomici Viſcera cum Metallis analogiam habere aſſerunt, hinc cordi ſolem cerebro ☽m memoriæ debili, melancholiæ, epilepſiæ, &c. mederi. Efficacia argenti crudi non ita magna eſt, crudum autem rurſus per alvum rejicitur, hinc rectius ad uſum medium primò præparatur, ſolvitur, philoſophicè calcinatur; Ubi & ſedulò obſervandum, ut Mercur. à ☽â, quæ ſæpiſſimè ita ſunt combinata, ut non rarò in eâdem minerâ reperiantur, probè ſeparetur, niſi in exhibitionem medicamentorum ex ☽â ægris enormia vomitoria propinare velimus. De argento foliato hoc admiratione dignum eſt, quòd ita extendi, & in tenuiſſimas lamellas redigi poſſit, ut ℥j. ingentem campum contegere poſſit. Utimur his foliis in dealbandis pilulis.

ARGENTUM VIVUM, Queckſilber/ (1. Pfund koſtet 1. Guld. 30. kr.) dicitur Mercurius vivus, quæ vox Mercurii deſumpta eſt ex tribus Paracelſiſtarum

Digitized by Google

ſiſtarum principiis, in quo principio mercuriali ingentem hinc inde invenias confuſionem, ut crediderim horum principiorum patronos ipſos ſe vix intelligere, quid ſibi velint per Mercurium, in genere ſub Mercurio poteſt intelligi tale principium, quod compoſitis dat alterationem, liquiditatem & fluorem potiſſimùm. Præſens hic Mercurius dicitur argentum propter colorem, *vivus* audit propter fluiditatem & volabilitatem. Aliàs apud Chymicos triplicem invenimus Mercurium. 1. Vulgarem, qui hic noſter eſt ſatis notus. 2. *Mercurium corporum*, qui ex metallis elaboratur. 3. *Mercurium Philoſophorum*, decantatiſſimam nempe materiam pro lapide Philoſophorum, de cujus veritate minimè dubitandum; Dicunt Philoſophi, quòd hujus lapidis materia ſit ubique, lateat in ſtabulis, quilibet ſecum portet, quod forte nil aliud eſt, quàm ſal univerſale mundi animans, ut Mercur. philoſ. animat & exuſcitat, velut à morte ☉. & ☽. ut vim germinantem exerere poſſint. Mercurius vulgi eſt liquor metallicus saturninus, dicitur aliàs *Servus fugitivus*, propter nimiam ejus volatilitatem, in igne enim ſemper avolat, etiamſi fixatus appareat, tamen facilè reſuſcitari poteſt, niſi fiat hoc cum ſale auri vel argenti. Ex terra nunc eruitur in formâ vivâ, nunc per deſtillationem elicitur ex Cinnabari nativa, quæ prægnans eſt Mercurio, quod pondus teſtatur. Uſus ejus eſt magnus in Lue venereâ, ſcabie, ulceribus, aliiſque cutaneis affectibus, mundificatione ſanguinis, &c. Externè à militibus ſæpè in uſum trahitur, qui cingulum eò illinitum, contra pediculos geſtant: Ejus uſum inſequitur ſalivatio, quatenus ſua volatilitate & penetratione humores utiles cum inutilibus ſolvit, eoſque per glandulas ſalivales extérminat, de quo vid. *D. Muralt. Hippocr. Helvet.* Inſuper dentibus & generi nervino valde infeſtus eſt, unde ſcorbutici ſibi caveant ab eo, ne gingivas magis lædant. Cæterum fugat lumbricos, unde quidam cum aqua font. illum agitant & poſt ſubſiſtentiam aquam lumbricitantibus propinant.

ARILLI CYNOSBATI. Conveniunt urinæ ſuppreſſ. & calculo.

ARSENICUM, Arſenick/ (1. Pfund koſtet 20. kreuzer.) Eſt venenum potentiſſ. vehementia excitat ſymptomata & brevi hominem extinguit, unde nunquam internè datur, niſi ſit fixum, quod tamen difficulter fit. Externè pro amuleto uſurpatur in peſte, ſed cautè ingreditur etiam emplaſtra contra bubones peſtilentiales.

ASA DULCIS ſeu BENZOIN. Benzoin. Non eſt minerale bituminoſum, ſed reſinoſum vegetabile, colligitur enim ex plantâ ſarmentoſâ, cujus cortex inciſus dat aſam dulcem. Ob ſuavem odorem additur pulveribus fumalibus & coſmeticis, poteſt ergò elegantiſſimum coſmeticum ex eo fieri, ſi cum ſpiritu vini ſolvatur & facies lavetur. Commendatur valdè in affect. pectoris, in aſthmate potiſſimùm & catharris, &c. ℞. *Spec. diairios*

rios ℥ij. flor. ſulph. ℈*ij. liquirit.* ℈j. *croci gran. v. conf. alkerm.* ℈ß. *Sacch. in aq. aſthmat. ſolut. q. ſ.* F. ſec. art. Rotulæ, quas rotulas in dicto ſcopo meritò commendo.

ASA FOETIDA, Teuffelsdreck. Eſt lachryma ex arbore exotica ſarmentoſâ expreſſa; *fœtida* dicitur propter fœtorem: eligitur illa, quæ allii odorem ſpirat & viſcidior eſt. Convenit in affectibus ſoporoſis, uterinis, paſſione hyſtericâ in- & externè: Externè in nodulo offertur naribus, internè in forma pilulari datur, unde proſtant pilul. de aſa fœtida, de quibus inferius.

MILLEPEDES PRÆPARATI, bereitete Kellereſel/ (1. Quintl. koſtet 6. fr.) Præparantur quando in vino infuſi rurſus exſiccantur: Habent vim diureticam, quia conſtant Sale volatili ☉troſo, quo quælibet ferè inſecta abundant.

ASPHALTUM, Erd-Pech/ Juden-Leim. Eſt minerale, & eructatur è tellure in Morea, quæ ſuperficiei innatans ad littora deponitur. Uſus eſt exiguus.

AURUM FOLIATUM, geſchlagen Gold/ (1. Büchlein koſtet 10. fr.) Conſtat aurum ex principiis metallicis depuratiſſimis maturatis & defæcatiſſimis maximè inter ſe unitis & quidem ex terræ fixæ ſalinæ albæ mediocri quantitate, ſulphure rubeo claro defæcatiſſimo copioſiori & Mercurio puriſſimo. Ex arctiſſimâ hac ☉is compage oritur ejus indeſtructibilitas, unde Spagyrici hoc dicterium ſæpius recitant: *Facilius eſt* ☉*um conſtruere & componere quàm deſtruere*: Stante hâc indeſtructibilitate exiguum ex eo in medicinam redundare videtur uſus, ita ut Tincturæ ☉ares vulgâtes videantur aliud nihil eſſe, quàm ſuperficiales corporis ☉aris in minores particulas corroſiones, facilè reducibiles in aurum: Nihilominus tamen ſi rem probè excutere velimus, negari non poteſt auro ineſſe ſuum ſulphur irradians & corroborans, quod arte chymicâ extrahi ſolet & extraverti: ſic facile etiam erit admittendum acidum ventriculi ita operari poſſe in aurum adſumptum, ut quædam de ejus partibus per ſanguinem diffundi poſſint, quemadmodum cum aquâ regiâ ☉. ita ſolvitur, ut cum aqua tranſeat chartam emporeticam ac etiam ad alembicum aſſurgat; unde præſtantiores Medici non abhorrent propinare ſimplicem raſuram ☉is, non obſtante eo, quod ſæpius per alvum rejiciatur rurſus, unde nonnemo egregium pulverem cordialem ſic comparat: *℞. Scab.* ☉*is in pollinem redacti* ℨ*iiß. raſ. ebor.* ℨß. *pulv. march.* ℨ*iij. Bezoar. orient.* ℈*ij. unicorn. ver.* ℈*j. miſc.* F. Pulvis doſis ℈j. ad ℨß. In pollinem verò medicamentoſum philoſophicè redigetur triturâ philoſophicâ, unde in Turba Philoſophi jubent Terere, id eſt, calcinare & in minutiſſima ramenta diſcerpere, ut calcis inſtar friabile evadat. Aurum medicamentis admixtum valde gratum oculis, hinc novi Impoſtorem

poſtorem quendam, qui oleum amygdalar. ſequenti modo præſcripſit: ℞. *Ol. amygd. dulc.* ℥j. *fol.* ☉. *num. ij. miſc.* S. überauß köſtliches Gold-öhl. Eodem modo iſti magis ſatisfaciunt oculis, qui pulveribus folia ☉. vel ☽. admiſcent, cùm tamen tale folium, quod integræ compoſitioni admiſcetur, vix adæquet gr. j. vel ij. ita ut una doſis talis compoſiti vel partem centeſimam non capiat ſæpius de folio illo, quantæ ergò vires inde veniant, patet. *Aliàs foliis* ☉. *&* ☽. *ornantur Pilulæ.*

VIRES *AXUNGIARUM*, Schmaltz/ in eo ferè omnes conveniunt, quòd habeant vim emolliendi, leniendi, abſtergendi, alvum lubricandi, &c. ita ut facilè ſpecialiorem earundem traditionem ex propoſiti ratione prætertire queamus, inprimis cùm iſtæ apud Pharmaceuticarum rerum Scriptores paſſim & abundè ſint obviæ. In uſu practico inſerviunt *unguentis* & *linimentis* & ſæpius *emplaſtris*.

B.

BACCÆ JUNIPERI, Wachholderbeeren/ (1. Loht koſtet 2. pfennig.) bis quotannis matureſcunt, vere & autumno, ſcatent oleo aromatico nonnihil reſinoſo, ſunt inſigniter diureticæ & ſudoriferæ, hinc aquæ juniperinæ in affectibus nephriticis curativè & præſervativè conducunt. Baccæ etiam in affectibus uteri menſtruatis multùm laudantur.

BACCÆ LAURI, Lorbeeren/ (1. Pfund 12. kr.) Conveniunt ferè cum baccis juniperi, & ex claſſe aromatum ſunt, unde egregiam vim carminativam poſſident in menſium ſuppreſſione & à mulierculis potui ordinario injiciuntur.

BACILLI PECTORALES, Bruſtſtengel/ (1. Loht 3. kr.) Formantur è baculo liquiritiæ, conveniunt in aſthmate, tuſſi, raucedine, calculo, infantibus cum pulmento commodè dantur propter ſaporem gratiorem.

BALSAMI ſunt triplices *odoriferi, deſtillati, & unguentarii. Odoriferi*, parantur ex oleis ſuaveolentibus, quæ ut balſamum talem conſtituant, accipiuntur in cerâ albâ vel ol. nuc. moſchat. expreſſ. poſtea tinguntur ſantalo aut ſucco viridi tritici vireſcentis recens expreſſo. *Balſami deſtillati* ſunt medicamenta, quæ conſtant ex deſtillatis ſpiritibus rectificatis ſuper alkalia & oleo deſtillato inprægnatis.

BALSAMUS ANGELICÆ, Angelickbalſam/ (1. quintl. 30. kr.) Graſſantibus morbis Epidemicis malignis in uſum trahitur.

BALSAMUS ALEXIPHARMACUS, habet colorem nigrum à balſamo Indico, rubrum à ſantal. rubr. viridem à ſucco tritici vireſcentis.

BALSAMUS APOPLECTICUS, Schlagbalſam/ (1. quintl. 1. Guld. 30. kr.) In affectibus ſoporoſis temporibus, naribus & vertici capitis inungitur. ℞. *Balſam. apoplect.* ℨj. *vel* ℨß. *aut* ℈j. *d. ad pyx.* S. Schlagbalſam. D. Michaëlis

chaëlis eum hoc modo præparavit: ℞. *Ol. cinam.* ʒij. *Caryophyll.* ʒiij. *roſar.* ʒj. *balſ. Peruv.* ʒß. *moſch.* ʒß. *ambr.* ʒj. excipiantur in *oleo Nuc. moſch. expreſſo* ʒij. & fiat Balſamus.

BALSAMUS CARYOPHYLL. CORT. CITRI, Någeleinbalſam/(1.quintl. koſtet 20. kreutzer) eaſdem habent vires in corde & cerebro.

BALS. HYPERICONIS, eſt vulnerarius.

BALSAM. INDICUS, de Mecha, Mexicanus, Tolutanus, ſunt exoticæ arboris ſucci & lachrymæ, differunt ſaltem quoad locum natalem & puritatem, eaſdem habent vires in & externè adhibiti, inprimis vis vulneraria in illis celebratur, confortant autem ventriculum im mixto balſamo ſtomachali, hinc in forma pilulari ad aliquot gran. exhibentur in vomitu, dyſenteria, aliisque fluxibus.

BALSAMUS MACERIS, MuſcatenblumenBalſam/ (1.quintl. 30. kreutz.) convenit egregiè in affectibus ventriculi frigidis.

BALSAMUS MAJORANÆ, MajoranBalſam/ (1. quintl. 20. kreutzer.) In obſtructione narium & gravedine conducit.

BALSAMUS MENTHÆ, KrauſemüntzBalſam/ (1. quintl. 15. kr.) Affect. ventric. frigidis & colicæ inprimis ſuccurrit.

BALSAMUS NERVINUS, NervenBalſam/(1.Loht 32. kr.) commendat ſe in affectibus nervinis, paralyſi, ſpaſmo, ſi tepidè externè inungatur.

BALS. NUC. MOSCHATÆ, MuſcatenBalſam/ (1.quintlein 16. kreutzer) laudatur in vomitu, fluxu alvi: Infantibus applicatur commodè in umbilico.

BALS. ROSARUM, RoſenBalſam/(1.quintl. 3.Guld.) Reſtaurat vires languentes.

BALS. RUTÆ. RORISMARINI, SUCCINI, Rauten- Roſmarin- (1.quintl. 20.kr.) Agtſtein-Balſam/(1.quintl. 12.kr.) in affectibus capitis frigidis, apoplexiâ, aliisve ſoporoſis morbis tam præſervativè quàm curativè naribus inuncti juvant. ℞. *Balſam. rut. roriſmar. ſuccin. vitæ aa.* ʒß. *miſc.*

BALSAM. ZEDOARIÆ, ZittwenBalſam/ (1. quintl. 40. kr.) Eſt alexipharmacus.

BALS. VITÆ, Balſam des Lebens/ (1.Loht 4. Guld.) eſt ſacra anchora, quando ægri in agone ſunt, paratur per deſtillationem ex variis aromaticis, uti videre eſt apud Schrõderum, in cujus præparatione tamen tanta ingredientium farragine non opus eſt, quin tum unum vel alterum fragrans aroma & reſinoſum gummi ſufficere poſſit: inungimus eo nares verticem capitis, tempora, carpos manuum.

BALS. SULPHURIS, SchweffelBalſam/(1.Loht 16.kr.) ℞. *Flor. ſulphur. q. vis,* affunde *Ol. terebinth.* vel *ſuccin.* vel *juniper.* vel *aniſ.* quem nunc præparare intendis ad eminentiam 2. vel 3. digitorum transverſorum, ſtent in digeſtione tepidiori, quouſque olea à rubicundo colore vides tincta, ſic

poſſunt parari omnes Balſami Sulphuris. Duos ſi pro uſu interno præparare velis, opus habes digeſtione leniſſimâ, aliàs empyreuma contrahunt, & vix ſine nauſea aſſumuntur.

BALSAMUS ANISATUS, Aenis-Balſam/ (1. Quintl. koſtet 3. Kr.) præſtantiſſimum eſt remedium in morbis frigidis & flatulentis: gratiſſimus pectori, ventriculo & utero doſ. gutt. v. dantur in juſculo calido, non tamen quotidie, ſed dies unus ſemper maneat vacuus, quia nimis calidus eſt. ℞. *Balſ. ſulphur. aniſ.* ʒj. d. ad V. anguſt. collo. S. Bruſt-Balſam zu fünff Tropffen zu nemmen. Balſamus ſulphuris externè etiam in ulceribus commodiſſimè adhibetur.

BALS. VULNERARIUS CROLLII, Crollii Wund-balſam/ (1. Loht 12. kr.) Mundificat ulcera & carnis generationem promovet.

BALS. VIRIDIS, grüner Wund-Balſam/ (1. Loht koſtet 4. Kr.) propter æs viride in carne luxuriante convenit.

BEEN Album & Rubrum. Sunt radices alexipharmacæ, quarum vicem ſupplet radix angelicæ.

BEZOAR *Orientalis*, (1. Gran 4. kr.) *Occidentalis*, (1. Gran 2. kr.) Lapides hi vocantur Bezoar linguâ Perſicâ, quod reſiſtens venenis. Vix datur verus & genuinus propter fallacias & adulteria creberrima, quod vel ex hoc ſolo patet, dum in noſtris regionibus plures ejusmodi lapides poſſidemus, & quidem viliori pretio, quàm ubi reperiuntur, ita ut inter 100. vel 1000. vix unus ſit verus, in India ergo & aliis locis natalibus Regibus & Magnatibus pro ſpeciali dono afferuntur, ut rariſſimus unus in Mercatorum manus tranſeat. Cùm autem principia operationis aliunde non fluant, quàm ex ſale volatili alkalico, ipſorum vices facile ſubire poteſt calculus humanus. Orientalis eſt rarior & inter alexipharmaca & ſudorifera numeratur; datur infantibus ad doſ. in grana quot habent annos. Occidendalis ad gr. xx. vel xxv. Specificum ſit in variolis & morbillis.

BEZOAR MINERALE QUERCET. (1. Gr. 1. kr.) Eſt præparatum mercuriale, adeóque à perito artifice pro uſu tutiori debet parari, aliàs enim enormia ſymptomata, vomitum excitat. Eſt potens ſudoriferum in omnibus febribus doſ. ℈ß. gran. xv.

BEZOAR JOVIALE, (1. Gran 2. kr.) propter ſtannum eſt inſigne antihecticum, doſ. ad gr. v.

BEZOAR SOLARE, (1. Gran 3. kr.) Fit ex ☉. & Mercurio coagulato dicto progeniei antimonialis: cordi dicatum eſt doſ. ℈ß.

BITUMEN JUDAICUM, Juden-Pech. Uſus vix attenditur.

BOLETUS CERVINUS, Hirſchbrunſt/ Hirſchſchwamm/ (1. Loht 3. Kr.) Eſt excrementum terræ ex ordine fungorum, rarioris in Medicina ſelectiori uſus, ſolet commendari pro irritanda Venere. Fabulantur tales fungos generari ex ſemine Cervi in terram prolapſi in coitu.

Bolus

Digitized by Google

BOLUS ARMENUS ORIENTALIS, Bolarmen/ (1.Loht koſtet 2.Kr.) Eſt alexipharmacum, convenit cum viribus terræ ſigill. celebris eſt in dyſenteriâ malignâ, &c. doſ. eſt ʒß.

BORAX VENETUS, Venetianiſcher Borras/ (1.Loht 6.Kr.) Non conſtat, quid propriè ſit, habetur ergo inter arcana Venetiis, præparatur tamen nunc Hamburgi, ubi vitra cryſtall. conficiunt; unde ſine dubio magnam partem conſtat ex ſale armoniaco, hinc movet potenter menſes, ſecundinam & fœtum expellit: Doſ.℈j. *℞. Borac. Venet. Succin. alb. aa. ℈ſ. trochiſc. de myrrh. gr. xv. miſc.* f. Pulvis, divide in duas partes æquales, quæ *in partu difficili* dari poſſunt.

C.

CADMIA FOSSILIS, Galmey/ (1.Pfund koſtet 16.Kreutzer) ſive *Lapis Calaminaris*, debet diſtingui à Cadmia metallica, quæ *Cobaltum* dicitur in uſum humanum nunquam veniente: illa foſſilis participat de ramentis metallicis, & ſimillima eſt Croco Martis, & ad hujus naturam aſtringit, imò Boyle Tincturam inſtar Tincturæ ☉is, tum quoad colorem, tum etiam quoad virtutem ex ea elicuit, ut ♂ti & ☉li in radice convenire videatur. Externè valet multum in ophthalmia ligata in panno & injecta aquæ roſarum vel euphraſiæ, quo nodulo oculi ſæpius affricantur. Cæterùm pro vulnerum cicatricatione conveniens eſt hic lapis, abſorbet ergo illorum acida & cicatricem brevi inducit: quando infantes circa genitalia excoriantur, imò equitantes etiam, aliiq́ue ſub brachiis, ſedibus, &c. hic Lapis rurſus præſentaneum eſt remedium.

CALAMUS AROMATICUS, Calmus/ (1.Loht 1.kr.) Verus ex India vix habetur apud nos, cujus loco *Acorus Vulgaris* uſurpatur, qui etiam eſt herba aromatica, cujus vis conſiſtit in ſale volat. oleoſo, adeoq́ue in omnibus morbis frigidis & ab acido vitioſo oriundis prodeſt, quales ſunt anorexia, intemperies ventriculi frigida, flatus, colica, &c. Ex hoc ſi medicamentum velis præſcribere, poſſe ordinare hocce ſtomachale, quod egregium erit: *℞. Herb. abſynth. rec. M.ij. menth. criſp. M.j. rad. acori rec. ℥iij. Cinam. acerrim. ʒiij.* conciſa & contuſa includantur nodulo infundendo vino.

CANTHARIDES, Spanniſche Mucken/ oder Fliegen/ Geldwürmlein/ (1.Loht 6.kr.) dicantur vulgò *Muſcæ Hiſpanicæ*, turgent ſale volat. acerrim. adeoq́ue ob vim cauſticam inter venena referuntur, hinc etiam ipſis peculiare eſt, quod foris etiam impoſitæ mixtionem cruentam facile producant. Externè pro veſicatorio ſæpius in uſum vocantur abjectis alis pedibus & capite non tamen nocivis & malignitate præditis, ſed ut inutilibus: ſubiguntur cùm fermento acri addito aceto & in formâ cataplaſmatis applicantur,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

plicantur, ut veſicæ excitentur. E. g. more conſueto & uſitato: ℞. *Canthar. num. iij. ferment.* ℥vj. irrora cum aceto, & ita applica; quamvis tamen in ejusmodi præparatione vis veſicans in cantharidibus valdè caſtretur ab acido fermenti & aceti.

CAMPHORA, Campher/ (1. Loht koſtet 8. fr.) In India ex arbore quâdam ſtillat ſimili nuci juglandi: Diſputant Autores, an ſit calida vel frigida, qui pro frigitate militant, eam commendant pro extinguendâ venere, adeò ut Jeſuitæ pro ſervandâ caſtitate eam ſubinde maſticent: Rectius ei aſcribitur calor, cùm ſit naturæ ſulphureæ vegetabilis, eſt enim volatiliſſima, odoris penetrantis & flammam facilè concipiens: vanum mihi videtur, quando Pharmacopœi ipſi pro volatilitate imminuendâ in ſcatulis addunt ſemen Lini: prodeſt egregiè in omnibus febribus continuis & malignis, propinata inprimis pro ſcopo ſudandi: ℞. ♁ii *diaphor. Cinnab.* ♁ii *aa. gr. xij. vel xv. Salis volat. viper. cornu cervi gran. v. vel vj. camphoræ gran. iij. miſc.* Fiat Pulvis pro unâ doſi. In Febribus intermittentibus pro amuleto in præcordiis præmiſſis præmittendis ſuſpenditur. Cæterùm, quamvis Camphora ſit volatiliſſima, obtinet tamen vim narcoticam, hinc in Febribus malignis cum deliriis in & externè uſurpatur, ſic deliria melancholica & mania ſine ea vix curantur, præmiſſo ergo vomitu nunquam fallit.

CARDAMOMUM, Paradyßkorn/ (1. Loht 1. fr.) eſt fructus ex India & Alexandria apportatus, aroma elegans ex omnibus aliis naturæ noſtræ maximè conveniens, ventriculo inprimis & ex eo per conſenſum ortæ vertigini, diſſipat flatus, obſtructiones tollit, & oris fœtorem.

FICUS PASSÆ, Habent vim emolliendi & ſuppurandi, ingrediuntur etiam decocta pectoralia, nephritica, variolas & morbillos expellentia.

CARYOPHYLLI, vide *Antophylli*.

De AROMATIBUS hîc in genere notetur, quod ex India ad nos afferantur, utplurimùm caſtrata, quorum aliquale ſignum externum adhuc eſt ſuavis odor & guſtus; aromatibus annumerantur etiam noſtrates plantæ ſuavi odore & ſapore præditæ, quarum vis ut & aromatum conſiſtit in particulis volatilibus ſubtilibus acribus & penetrantibus, propterea vocantur *calida*. Chymici dicunt ea eſſe naturæ ſalinæ volatilis oleoſæ, ratione ejus nunc augmentat ſal volat. ſanguinis, hujusque motum accelerat, in corpore verò aciditates quaſcunque delent, uſque adeò ut nihil ferè magis conducat in affectibus inteſtinorum & ventriculi ex cruditate acidâ oriundis, unde fit, ut aromata carminativa & ſtomachica dicantur; & cùm ſimul acidum aliàs nervis inimicum deſtruant, ſyſtematis nervini fiunt etiam ſolatium, ita ut hoc nomine ſint cephalica, uterina, epileptica, &c. Cæterum propter ⊖ ipſorum volatile in ♒um facile reſolubile, fiunt cardiaca

diaca & confortantia: Ex quibus omnium aromaticorum vis & virtus medica facilè dijudicari poteſt.

CASSIA LIGNEA, Mutter-Zimmet/ oder Caſſien-Rinden/ (1. Loht koſtet 6. Kreutzer.) Eſt ſpecies Cinamomi, quoad acrimoniam mitior, calida eſt, Vid. *Cinamomum*.

CASSIA FISTULA, ſive *Caſſia ſiliquoſa*, Caſſia in den Röhren/ (1. Pfund koſtet 48. kr.) duplex eſt orientalis & occidentalis: cholagogum eſt, datur ad ℥jß. vel ℥ij. quod doſis aliquo modo excedat rarioris eſt uſus; ejus *pulpa* vocatur *flos* ſeu *medulla* aut *Caſſia extracta*, quæ recens eſto, cùm aliàs facilè contrahat ſitum, medulla talis cum terebinth. in calculo & gonorrhœâ ſolet adhiberi, verùm propter viſciditatem ita adhæret dentibus, ut vix maſticari, multò minùs deglutiri poſſit, aliàs ſapor non eſt ingratus. Externè annumeratur lenientibus & reſolventibus, unde in doloribus arthriticis hoc cataplaſma in celebritate verſatur: ℞. *Pulp. Caſſ.* ℥ß. *farin. hord. fabar. aa.* ℥iij. *ſucc. apii, Cydon. aa.* ʒvj. *Santal. rubr.* ℥ß. *Ol. viol. roſar. nymph. aa. q. ſ. miſc.*

CASSIA pro CLYSTERIBUS. Non neceſſe eſt, ut hæc ſemper ſit recens, habet admixtum mel & ſolis clyſteribus deſtinatur, ſequenti modo præſcripta: ℞. *ſpec. quas velis pro clyſtere in ſ. q. aq. ſimpl.* ℞. *Col.* ℥x. diſſolv. in eâ *Caſſiæ pro Clyſteribus* ℥iß. *miſc.* F. Clyſter.

CASTOREUM, Bibergeil/ (1. Loht 48. kr.) Dicunt Authores eſſe teſticulos animalis Caſtor dicti, ſed hujus animalis anatomia aliud docet, in quo teſtes admodum exigui reperiuntur, hinc rectius à nonnullis habetur pro tumoribus inguinis liquore craſſo repletis, & ad exſiccandum & pulveriſandum aptis: Odor & ſapor eſt gravis, hinc datur in affectibus ſoporoſis ad gran. iij. laudatur etiam in peſte & dolore colico uterino. In affectibus hyſtericis & ſoporoſis potiſſimum externè affertur naribus pro in ordinem redigendis ſpiritibus & ſopitis excitandis: ℞. *aſ. fœtid. Caſtor. aa.* ℈j. *miſc.* ad Nodulum.

CERA ALBA, Weiß Wax/ (1. Pfund 1. Guld.) Internè in ſubſtantia adhibita laudatur in dyſenteria ad conſolidanda inteſtinorum ulcera, aſſumitur in pomo aſſato. Hinc Bartholettus tale Brodium Dyſentericis parabat: ℞. *Ceræ alb.* ℥ß. *Thur. Balauſtior. aa.* ʒvj. *Tormentill.* ℥ß. *Nuc. moſchat.* ʒij. *Croci el.* ʒiß. Inſue ventri gallinæ nigræ veteri & coq. in aq. comm. q. ſ. donec caro ſit cocta, poſtea coletur brodium, & detur de eo cyathus mane, meridie, & veſperi. Externè dat conſiſtentiam unguentis & emplaſtris atque ſimul vim reſolvendi & diſcutiendi auget. Cera bene poteſt dealbari ope *ſpir. vini tartariſati*.

CERUSSA, Bleyweiß/ (1. Pfund 16. kr.) Quando plumbum calcinatur igne reverberii, fit inde *Minium*, ſin verò per calcinationem vaporo-

ſam

Digitized by Google

ſam emolliatur, fit *Ceruſſa*, quæ itaque aliud nihil eſt, quàm Saturnus vapore & deſtillatione calcinatus. Externus ſaturni uſus tantus eſt, ut Paracelſus quartam Chirurgiæ columnam eum conſtituere dixerit, nec immeritò, abſorbendo enim acidum vulnerum, ulcerumque egregiam navat operam. Unde Medici præcipiunt Pharmacopœis, ut omnia unguenta ſaturnina præparentur in mortario plumbeo, ſic ea ramenta ſaturni unguento commixta, eò promptius enodant acidum: in ſpecie talia ſunt multi uſus in ulceribus ſcorbuticis & malignis inflammationibus, in ſcabie, in maculis faciei, gutta roſacea, in variis lentiginibus & in genere in omnibus cutaneis affectibus ſaturnina poſt mercurium dulcem ſunt optima.

LIMATURA MARTIS, bereite Feilſpän von Stahl / dicitur *præparata*, quando per frequentiorem abluitionem, à ſordibus repurgatur; in affectibus ſpleneticis, aliiſque ab acido vitioſo oriundis, imponetur vino & ſingulis horis matutinis ſumitur hauſtus, vel poteſt aliis medicamentis immiſceri, e. g. ℞. *Conſerv. cochlear. fumar. Chamædr. aa.* ℥iij. *Limat. Martis* ℥ij. *Conf. alkerm.* ℈j. *cum ſyr. de Eupatorio.* F. Electuar. quod dictis ſcopis egregiè cum ſucceſſu ſatisfacit.

CHERMES GRANA, Scharlachbeer / Kermeskörner / (1. Loht koſtet 6. kr.) Sunt Baccæ in Galliâ copioſè creſcentes, ex quibus color ſcarlatinus præparatur. Convenit cordi & cerebro: Vid. *Conf. alkerm.*

CHINÆ RADIX, Chinawurtzel Bockwurtz / (1. Pfund 3. Guld.) Creſcit in territoriis Chinæ in locis paluſtribus, arbor ejus dumi formam refert, hæc radix adæquat ferè Biſtortam, eſt ergo nodoſa & tuberoſa: Eligitur exterius nigriuſcula & interius alba. Eſt in uſu pro parandis Decoctis in Lue venerea, hectica, cachexia, aff. arthrit. catharris, &c.

CHINA CHINÆ, (1. quintl. 20. kr.) Eſt cortex arboris Indiæ formam Cinamomi ferè referens, qualitate autem accedit ad naturam gentianæ. Eſt egregium ſpecificum febrium intermittentium ad ʒß. vel ℈ij. 2. bus vel 3bus horis ante paroxyſmum data; vel poteſt per noctem in vino macerari, cui injiciuntur ʒij. pulveriſatæ & vinum decantatum exhibetur ante paroxyſmum. Papa conceſſerat olim privilegio Jeſuitis Romæ, cujus poteſtate ʒj. hujus corticis duobus imperialibus vendebant.

CINAMOMUM, Zimmet / (1. Pfund 2. Guld. 30. kr.) In ſubſtantiâ rarius datur, idcirco evolvendæ ſunt virtutes: ſub titulis præparatorum.

COCCULI, Fiſch- oder Dollkörner / (1. Pfund 1. Guld. 4. kr.) Sunt fructus vel ſolani furioſi vel tithymali commendantur contra pediculos inguinales. Internè propter vim narcoticam & venenatam nunquam dantur. Piſcatores his baccis piſces ſolent capere, dum pilulas cum pane ex his conficiunt addito ſemine hyoſcyami & piſcibus objiciuntur, quæ ita infatuantur, ut manibus prehendi poſſint.

Colla

Digitized by Google

Colla Piscium, Hauſenblaſen/ (1. Loht koſtet 2. kreutz.) praxis ſelecta hoc ſimplex reſpicit.

CINNABARIS, Zinnober/ (1. Loht 12. kr.) Eſt terra mineralis, ponderoſa & rubicunda copioſa mercurio impraegnata, qui etiam copioſè ex illâ elici ſolet: Si non ſit inebriata ſulphure arſenicali, eſt egregium antiepilepticum exhibita à gr. 6. uſque ad ℈ß. præſertim ſi ſit præparata, quod fit, quando teritur cum ſpiritu vini in mortario lapideo & ſpir. vini accenditur, quod aliquoties fieri debet.

Cinnabaris Antimonii, Vid. Lit. A.

Colocynthis, Coloquint-äpffel/ (1. Loht 4. kr.) Eſt Pomum cucurbitæ ſylveſt. valdè corroſivum ponitur inter purgantia, ſed non niſi correctum, in ſubſtantiâ non exhibetur, cùm inteſtinorum tunicas vehementius lancinando convulſionum fiat Author. Perſonis ſuſpectis in Pharmacopolis non venditur, quia expellit fœtum potenter.

Colophonia, Geigenhartz/ (1. Pfund 16. kr.) Eſt reſina conſolidans, cujus uſus in Emplaſtris.

Confectio Hyacinthi *Completa*, (1. Loht koſtet 12. kr.) & *Incompleta*, (1. Loht 6. kr.) h. e. cum vel ſine moſch. Eſt egregium cardiacum & alexipharmacum, datur à ℈j. ad ʒj. uſque, cum convenienti vehiculo & ſæpius feliciori ſucceſſu datur quàm Confect. Alkermes, inprimis ex diarrhœâ malignâ, ubi hæc propter lapidem Lazuli eſt ſuſpecta, ℞. *Conſerv. roſar. rubr. ʒij. Confect. de Hyacinth. ʒß. pulv. cord. pr ed. ʒj. ſacch. in aq. lil. conval. ſoluti q. ſ.* F. Morſuli.

Cydonia Sicca, gedörrte Quitten/ (1. Loht 1. kr.) In diarrhœâ, fluxu menſium nimio & vomitu laudantur.

CONDITA.

Si de his mihi liceat judicium ferre, dicerem facilè illa tanquam effœta ex prudentiori Praxi exulare poſſe, vis ergò medicamentoſa, quæ in ſimplicibus condiendis eſt, ſub ebullitione, in actu conditurae maximam partem evaneſcit: Quòd ſi propriam muriam, in quâ plus virtutis latere videtur, illis affundere, & eo ipſo vires ſalvare velis, evadet medicamentum amaricans & ingratum.

Berberum, Saurrach/ (1. Loht 1. kr.) Pro humectatione & refrigeratione faucium dantur in febribus, nec non in dyſenteria & diarrhæâ: ℞. *Berb. condit. ℥iß. S.* ſuo nomin.

Calamus Aromaticus, Calmus/ (1. Loht 1. kr.) Inter aromata refertur, admodum pallidus eſt, hinc ſtomacho pituitâ obducto jejunè comeſtus ſolatium præbet, eſt quoque inſigne carminativum, apprimè convenit in colicâ & menſibus ſuppreſſis.

D *Ceraſa*

Ceraſa Amarepa, Vid. Berberes.

CORTICES AURANTIORUM, LIMONUM, LIMONIORUM, Pomerantzen-Limonien-Schalen / (1. Loht koſtet 1. kr.) confortant ventriculum & uterum, in morbis epidemicis ingrediuntur electuaria præſervativa.

CYDONIA, Quitten / (1. Loht 1. kr.) adſtringunt in diarrhœâ, alvi fluxibus & vomitu.

FRUCTUS CYNOSBATI, Hagenbutten / Hainheffen / (1. Loht 1. kr.) commendantur valdè in affectibus nephriticis.

MYROBALANI, Myrobalan / (1. Loht koſtet 4. kr.) non ſine fructu præſcribuntur in affectibus ſoporoſis, ut & in alvi fluxu & dyſenteriâ: *℞. Elect. diacor.* ℥iß. *Zingib. condit.* ʒvj. *Nuc. Indic. condit.* ℥ß. *Myrobalan. condit.* ʒij. *confect. alkerm.* ʒj. *miſc. cum ſyr. flor. Paeon.* S. Hauptſtärckende Lattwergen / Morgens und Abends einen Meſſerſpitz voll zu nemmen.

NUCES JUGLANDES, in Peſte pro confortando cerebro poſſunt concedi.

NUCES INDICÆ, Gratæ ſunt ventriculo, cordi, utero & cerebro, Vid. *Myrobal.*

RADICES CICHOREI, Wegweiß-Wegwartwurtzel / Cichoren / Sonnenwendel / (1. Loht 1. kreutz.) In intemperie hepatis calidâ & affectu hypochondriaco conveniunt.

RADICES ENULÆ, Alantwurtz / (1. Pfund 24. kr.) Dicatæ thoraci, ventriculo & utero: referuntur inter alexipharmaca.

ZINGIBER de CHINA, Imber geſtoſſen / (1. Loht 1. kr.) Sinenſes excorticant Zingiber, infundunt in aceto, exſiccantq; in ſole, pòſt cum ſaccharo faciunt conditum. Utiliſſimum eſt in morbis frigidis, ventriculo accommendatum in lienteria & dyſenteria. Retulit mihi Lipſienſis quidam hoc Zingiber conditum meruiſſe laudem in Peſte hodiernâ: *℞. Spec. diacinamom. diagalang. aa.* ʒj. *condit. Nuc. Ind.* ʒiß. *vel Zingib.* ʒiij. *ſacchar. in aq. ſtomach. ſolut. q. ſ.* F. Confectio in morſulis.

CONFECTIONES.

CONFECTIO *ALKERMES Completa*, (1. quintl. 16. kr.) *Incompleta*, (1. qu. 8. kr.) illa cum Moſcho & Ambrâ, hæc ſine iis pro ſolis fœminis paratur. Conficitur è ſucco granor. chermes, eſt panacea omnium ferè viſcerum confortativa, utimur eâ in & externè, detur à granis aliquot uſque ad ʒj. ℞. *Aq. perlar. uſit.* ℥iij. *confect. alkerm.* ʒß. *miſc.* S. Vermiſcht Perlenwaſſer. ℞. *Unguent. roſ.* ʒij. *conf. alk.* ℈j. *miſc.* S. Hertz-Salbe / pro confortatione propter confortationem eſt ſuſpecta in dyſenteria & diarrhæa.

CONFECT. ANACARDINA, Anacarden-Lattwerg / (1. Loht 6. kr.) Nomen habet ab anacardiis, de quibus ſuperius, confortat cerebrum, hinc à multis vocatur Confectio ſapientum, verùm ſæpius evadit Confectio ſtul-

torum,

torum, quia, teſte experientiâ, nonnulli ex ejus uſu facti ſunt ſtolidi, & cùm valde calida ſit, facilè Febrem inducit.

Confectio Hamech, (1. Loht koſtet 10. kr.) fortiter expurgat humores melancholicos, ſed eſt medicamentum nanſeabundum & tormina inducit, datur ab ℥ß. ad ʒvj. Poteſt quadratis ita ordinari: ℞. *Confect. hamech.* ʒvj. ſolv. *in ſ. q. aq. beccab.* adde *aq. cinam. cochl j. miſc.* F. Potio.

Confectio *AMIGD. DULC.* ſüſſe ZuckerMandeln/ (1. Loht 1. kr. 2. pf.) nutrit.

Confect. *ANISI, CARUI, FOENIC. CUBEB.* Aenis- (1. Loht 2. kr.) Fenchel- Wieſkümmel- (1. Loht 1. kr.) Cubeben- Zucker/ (1. Loht 4. kr.) proſunt in morbis pituitoſis & cruditate acidâ, poteſt ex illis fieri Tragea. Ex. gr. ℞. *Conſ. ſem. fœnic. aniſ. carui, cardamom. aa.* ʒß. *Succolad. Indic.* ℥ß. *miſc.* F. Pulvis.

Confectio *ANISI LAXATIVI,* Purgier-Aenis/ (1. Loht 6. kr.) paratur cum magiſterio jalapp. & ſcammonio, qui acidulas bibunt eâ utuntur, ut flatus diſſipent, & acidulæ eò faciliùs per alvum operentur. Infantes purgandi ſolent etiam falli hâc confectione. De virtutibus reliquarum Confectionum pluribus dicetur in examine ſimplicium, ex quibus componuntur; in formulis præſcribuntur, vel per ſe, vel cum aliis, uti ex datis exemplis patet, ad quorum normam multæ aliæ facilè concinnari poſſunt.

CONSERVÆ.

CONSERVÆ parantur ex ſimplicium floribus & foliis inciſis, &c. ſaccharo contuſis. Qui ad convenientem praxin aſpirant, illi paucis utuntur Conſervis, ſunt enim revera aliud nihil, quàm vehicula aliorum medicamentorum.

Conserva *ANTHOS,* RoſmarinblumenZucker/ (1. Loht 4. kr.) Cerebro, utero & oculis apprimè convenit. E. g. ℞. *Conſerv. anthos, lil. conrall. lavend. beton. aa.* ℥ij. *ungul. alcis præp.* ʒj. *pulv. rad. pœon.* ʒij. *viſc. querc.* ʒiß. *nuc. ind. cond.* ʒij. *Zingib. cond.* ʒij. *cum ſyr. flor. pœon.* F. Electuarium, quod certis in caſibus capitis egregii eſt uſus. S. Hauptſtärckende Lattwerge Morgens und Abends einer Nuß groß zu nemmen.

Conservæ *CITRI & FLOR. TUNICÆ,* Citronen- (1. Loht 2. kr.) GraßblumenZucker (1. Loht 6. kr.) cor reficiunt.

Conserva *ROSAR. RUBR. ſine Spir. Vitriol.* rohter RoſenZucker/ (1. Loht 3. kr.) humectat & refrigerat, unde in vomitu & febribus admodum eſt proficua.

Cons. *ROSARUM cum Spir. Vitrioli.* In diarrhœâ, vomitu & morbis cordis eſt celebris. ℞. *Conſ. roſ. vitriolat.* ℥iv.

CORALLIA, Corallen/ (1. Loht 4. kr.) Falſum eſt ea ſub aquâ mollia eſſe & ab aëre indurari, ſunt enim ex claſſe mineralium conſtantia ex materiâ quâdam glutinoſa corpore ſalino & terreſtri. Præſcribuntur in qui-

busvis hæmorrhagiis ex virium defectu & ſanguinis intemperie acida. Sæpiſſimè ingrediuntur medicamenta antiepileptica & febrifuga. ℞. *ſpec. contra apoplex.* ʒj. *Corall. rubr.* ʒiß. *Cran. human. præpar.* ʒß. *ol. ſtillat. nuciſt. gutt. v. ſacch. in aq. lil. convall. ſolut. q. ſ.* F. ſ. a. Morſuli. ℞. *Corall. pulveriſ.* ʒß. *ſacch. ſaturn. gr. xij. ad xv. Laud. opiat. gr. j. miſc.* F. Pulvis, exhibeatur unâ vel alterâ horâ ante paroxyſmum, qui felicem promittit eventum.

CORALLINA, Meermoß/ moſicht Wurmkraut/ Corallenmoß/ (1. Loht 2. kr.) Eſt lanugo marina ſaxis adhærens; Recens exhibita expellit & enecat lumbricos.

CORNU ALCIS PHILOSOPH. CALCIN. gebrannt Elendshorn ohne Feur/ (1. Loht 12. kr.) Crebrioris uſus eſt in morbis capitis, præſertim in Epilepſia & Convulſionibus, convenit etiam egregiè infantibus terroribus vexatis in ſomno doſ. ℈j. ad ʒß. Eſt philoſoph. calcinatio quia ſine igne beneficio vaporis in mollitiem redigitur.

LIMATURA CORNU CERVI, geraſpelt Hirſchhorn/ (1. Loht koſtet 2. kr.) Eſt alexipharmacum diaphoreticum, valet contra lumbricos.

CORNU CERVI USTUM, gebrannt Hirſchhorn/ (1. Loht 2. kr.) Eſt medicina muliercularum, ad quam in morbis infantum confugiunt, quia ſubigit acidum vitioſum.

C. C. *PHILOSOPH. CALCIN.* (1. Loht koſtet 12. kr.) plus præſtat quàm uſtum, eſt egregium ſudoriferum in febribus continuis & intermittentibus Doſ. ʒß. ad ʒj. ℞. C. C. *philoſoph. calc.* ʒß. S. Schwitz-Pulver auff einmahl zu nemmen. In dyſenteria maligna cum fructu ſequens Pulvis ordinari poteſt: ℞. C. C. *philoſoph. calcin.* ʒß. *Terr. ſigill.* ʒj. *Sal. volat.* C. C. *gr. vj. miſc.* Pulvis pro duabus doſibus.

C. C. *SOLARE*, (1. Gran 1. kr.) quia de Sole participat in virium proſtratione dari poteſt à ℈ß. ad ʒß. ℞. C. C. *ſolaris, corall. rubr. aa.* ℈ß. *theriac. cœleſt. gran. j. miſc.* F. Pulvis.

UNICORNU, Einhorn/ (1. quintl. 10. kr.) Eſt inſigne diaphoreticum & alexipharmacum: ſpecificus pulvis eſt in epilepſia, variolis & morbillis.

CORTICES AURANTIORUM, Pomerantzen-Schalen/ (1. Loht 1. kreutzer.) Famoſum eſt remedium in quacunque colicâ tam ventriculi quàm uterina & nephritica doſ. ʒj. vid. Antophyllos.

CORT. CAPPARUM, Cappernwurtzel-Rinden/ (1. Loht 2. kr.) in affectibus ſpleneticis adhibentur.

CORT. CITRI, Citronen-Schalen/ (1. Loht 1. kr.) ſunt carminativi & cardiaci.

CORT. GRANATORUM, Granatäpffel-Schalen/ (1. Loht 1. kr.) aſtringunt in uvulæ relaxatione, gingivarum putredine, dentium vacillatione, dyſenteria & fluxu menſium nimio.

Cortices

Digitized by Google

Cortices Guajaci, Frantzoſenholtz Rinden / (1. Loht koſtet 1. kr.) Movent ſudores & cum aliis ingrediuntur decocta contra Luem veneream, de quibus inferius; Aperiunt etiam, incidunt, & attenuant, unde etiam in ſcorbuto & catarrhis ipſorum uſus laudatur.

Cranium Humanum, Menſchen Hirn-ſchal / (1. Loht 16. kr.) quocunque modo exhibeatur & præparetur, fit ſpecificum antepilepticum & anticatharrale, datur à ℈ß. ad ʒß. ℞. *Cran. human. glaciei Mariæ aa.* ʒj. dividatur in 6. doſes pro infante. Aperiit mihi aliquando quidam arcanum, quo ſe omnes febres compeſcere dicebat, quod aliud nihil erat, quàm cranium humanum.

Cremor Tartari, involve Acidum Tartari, ſuprà in A.

Magisterium Jalappæ, (1. quintl. 30. kr.) Nihil aliud eſt, quàm ejus extractum præcipitatum, refertur inter hydragoga, & commodiſſimè in formâ pilularum exhibetur; poteſt etiam ad aliquot granâ pulveribus purgantibus pro ſtimulo addi, doſ. gran. vj. uſque ad xij. Cùm autem facillimè in ventriculo & inteſtinis turſus præcipitetur, & dolorem colicum excitet, debet prius ſubigi ſem. melonum & amygdalarum, ut oleoſitate tali ſoluta vix amplius poſſit concreſcere. ℞. *Extract. pilul. hier. cum agar.* ℈j. *reſin jalapp. cum ſem. melon. ſubactæ gran. iv. ol. ſtillat. ſalv. gutt. ij.* F. Pilulæ num. xv. deaur. quando reſina jalappæ cum vitello ovi ſubigitur, optimè poteſt ſolvi in aq. deſtillat. ubi ſtatim lacteſcit, quod paucis eſt notum.

Creta Præparata, bereitte Kreiden / (1. Loht 2. kr.) Externè prodeſt in ulceribus, inflammationibus & eryſipelate, internè in cardialgia, febribus intermittentibus & ardore ventriculi.

CROCUS, Saffran / (1. Loht 40. kr.) nihil aliud eſt, quàm ſtamina flammea alicujus plantæ in Calabriâ, ſubſtituitur h. t. Crocus Anglicus aut Auſtriacus, in electuaria ſumatur Crocus recens, fragrans, colore manus aſtricatus tingens. Eſt in eo virtus cordialis, pulmonica, uterina, cephalica, ophthalmica, anodyna, &c. ℞. *Aqua Euphraſ. flor. cyan. fœnic. roſ. aa.* ℥ß. *Sacchar. cand.* ℈ij. *vel* ʒß. *Camph. ſacch. ſaturn. aa. gran. iv. croc. gr. v. miſc.* S. Kühlendes Augenwaſſer.

Crocus Martis, bereitetes Stahl-Pulver / (1. Loht 8. kr.) dicitur Crocus à colore ſub flavo, quem exhibet, Aſtringens paratur per calcinationem Martis in igne forti, ubi abit in pulverem rubicundum. Uſus hujus Croci eſt in illis affectibus, qui adſtrictione opus habent, in omnibus fluxionibus, tum ſanguinis quàm excrementorum, dyſenteriâ, diarrhœâ, &c. externè ingreditur pulveres ſtypticos & emplaſtra vulneraria ſtyptica: quia acidum abſorbet, multùm prodeſt in curandâ corroſivitate ulcerum. Crocus Martis apertivus rectius alterativus dictus, quia poſt ejus uſum craſis ſanguinis vitiata reſtituitur, abſorptis enim ſalibus vitioſis digeſtionum

Digitized by Google

errores ſpontè corriguntur, unde ſtatim apparet, quod Croci Martis aperitivi nimiis acidis nunquam ſint parandi, alias ſaturantur, & in corpore ſtabulata acida intacta relinquunt. Ego magni æſtimo hanc præparationem: ℞. *Limat. mart.* eique aſperge paulatim aq. ſimplic. expone radiis ſolaribus in diebus canicularibus, poſt exſiccationem rurſus eam aliquoties aſperge, & ſic ſucceſſivè hæc limatura convertetur in crocum, prævia fermentatione odore ſe manifeſtante; fundamentum hujus in eo conſiſtit, quod acidum in ♂ exiſtens ab aqua diſſolvitur & accedente calore ſolis proprium ♂ corpus aggreditur, & in Crocum talem rodit, qui omnium aperitivorum anteſignanus audire poteſt, quoniam nil acidi acceſſit, quo ſe ſaturaſſet. Utimur eo in menſium ſuppreſſione, fluore albo, cholorosi, cachexia, hydrope, &c.

Crocus Meatallorum, ſtarck Brech- und zugleich Laxier-Pulver/ (1. Loht 24 kr.) Eſt ♁. cum ⦶tro ſemel detonatum: raro in ſubſtantia datur, eſt enim virulentum emeticum, & temerariorum aſylum, poteſt tamen tutò in apoplexiâ, epilepſiâ, dolore capitis diuturniore ſic præſcribi: ℞. *Croc. metall. gran. iij.* infunde per noctem cum ℥iß. *vin. rhenan.* adde *Julep. roſ. ad gratiam vel* ℥*ij.* Externè etiam multum valet in collyriis, ubi inflammationem oculorum, ſuffuſionem & maculas curat.

Crocus Veneris, (1. quintl. 6. kr.) Abſumit carnem luxuriantem, & pulveres cauſticos ingreditur.

Csystalli Tartari, vid. *Acidum Tartari.*

Cubebæ, Cubeben/ (1. Loht 2. kr.) ex India ad nos feruntur, conven. cerebro, ventriculo & utero.

Cyperus Longus & Rotundus. langer und runder wilder Galgan/ (1. Loht 2. kr.) Sunt radices exoticæ, internè conveniunt in affectibus capitis frigidis, ventriculi cruditate & menſibus ſuppreſſis. Externè ingrediuntur ſpecies pro cucuphâ.

D.

DACTYLI, Datteln/ (1. Pfund koſtet 48. kr.) Sunt fructus arboris palmæ, dicuntur confortare fœtum; oſſa ſunt lithontriptica.

DENTALIA, Zahnſchneckenſtein/ (1. Loht 2. kr.) Sunt Conchylia quoad vires cum reliquis teſtaceis convenientia, ingrediuntur emplaſtrum Citrinum, ob vim exſiccantem.

RASURA DENTIS APRI, gebrañt wild Schwein/Zahn ohne Feur/ (1. Loht 16. kr.) Eſt diaphoreticum, ſanguinis coagulum diſſolvit, unde in pleuritide, caſu ab alto, magnæ eſt efficaciæ, valet in epilepſia, ut in febribus ante paroxyſmum data ſcopis Medicorum ſatisfacere videtur: doſis ʒß. ad ʒj. Easdem vires habet dens apri philoſ. calcin.

Diagry-

DIAGRYDIUM, präparirte Scammonien/ (1. Loht koſtet 32. kreuzer.) Eſt ſcammonium in pomo cydoniorum coctum, eſt vehemens purgans, & aliis ſtimuli loco additur. Doſis gr. iv. ad viij. Vide datas formulas purgantium. *Diagridium Roſatum*, Succo roſarum impraegnatur & corrigitur. *Sulphuratum*, ſolet fumo ſulphuris corrigi, vide Schröder. doſis eſt eadem.

DIACYDONIA, Quittenſafft/ (1. Loht 2. kreuz.) Dicuntur ita à ſucco cydoniorum, qui illorum baſin conſtituit: Simplex aromatibus carens, praeſtat quidem aliquid in vomitu & alvi fluxibus, praefertur tamen ipſi diacydonium aromaticum, utpote hujus compoſitionem ingrediuntur aromata: quando ſuccus cydoniorum coquitur & accuratiſſimè colationi ſubjicitur, fit inde Diacydonium lucidum, quòd ſi addatur ſcammonium, fit inde Diacydonium ſolutivum, quod in Veterum medicina eſt frequentiſſimum, datur à ℥ij. ad ℥ß. Ego, qui ſaepe ad tutiora & ſelectiora reſpicio remedia, hoc medicamentum plane reſpuo, quia exſpectationi Medici prudentis ſatisfacere non videtur; quia Scammonium non convenienter ipſi immiſceri poteſt, hinc eſt, quod Practici illud exhibentes ſaepius conquerantur unam doſin nil effeciſſe in purgatione, alteram verò hypercatharſin induxiſſe.

DIAMORON cum Melle, Maulbeerſafft mit Honig/ (1. Loht 2. kr.) Convenit in anginâ, ulceribus faucium, gulae exulceratione, ſputo purulento, pro quibus ſcopis gargariſmata ex eo conficiuntur, e. g. ℞. *aq. roſ. plantag. fol. quercus aa.* ℥iß. *rob. diamor.* ℥j. *theriac.* ℥ß. *miſc.* F. Gargariſma.

DIANUCUM, Welſch Nußſafft (1. Loht 2. kr.) Convenit cum Diamoron, quamvis non ita frequenter ſit in uſu.

DIASATYRION, Stendelwurtz/ Lattwerg/ Hochzeiter Lattwerg/ (1. Loht 10. kr.) Valet, quando Venus languet, ubi ſimul ſuccurrit ſtomacho, datur ad ℥ß.

DIASCORDIUM, Lachen Knoblauch Lattwerg/ (1. Loht 10. kr.) Inter alexipharmaca multùm praeſtat, dicitur ita à Scordio, quod ejus baſin conſtituit, in febribus malignis commodiſſimè ſudores elicit, ſpiritus turbatos ſedat, quietem conciliat, vomitum, diarrhaeam, dyſenteriam, omnemq; praeternaturalem fluxum laudabiliter ſiſtit. Sic ordinatur pro ſcopo ſudorifero: ℞. *aq. card. ben.* ℥ij. *aq. theriac.* ℥ß. *diaſcord.* ʒj. *vel* ʒiß. *uſque ad duas. M.* Externè ejus uſus etiam eſt celebris; tum pulſibus, ventriculi umbilico, tam in formâ emplaſtri quàm linimenti feliciſſimè applicari poteſt. Neque etiam caret effectu, ſi unguentis digeſtivis illud admiſcere velis.

Dictamnus Creticus, Cretiſcher Diptam/ (1. Loht 12. kr.) Copioſiſſimè colitur in Italiâ, annumeratur alexipharmacis lumbricos egregiè fugat, & menſium ſuppreſſioni ſuccurrit: Vide laudatiſſimum illud remedium

contra

contra lumbricos D. Timæi à Guldenklee / ſub caſ. X. morborum infimi ventris.

E.

EBUR FOSSILE, gegraben Helffenbein / (1. Loht koſtet 16. kreutzer.) Reperitur ſæpe in cavernis montium, & æmulatur vires unicornu, præſertim vi reſiſtendi venenis, compeſcendi motus convulſivos infantum, ſæpe etiam uſurpatur in variolis & morbillis. Doſis ℈ß. ad ℈j.

Ebur, eſt dens Elephantis: Ejus limatura in nodulo incluſa ſolet injici potui ordinario in febribus, nec non contra lumbricos. Cæterum ratione virium convenit cum reliquis teſtaceis, exhibetur commodè ſub formâ pulveris.

Ebur Ustum, Vid. C. C. uſtum.

Elaterium, außgetrucknetter Eſelskürbſen Safft / (1. Loht 12. kr.) eſt ſuccus ex cucumere aſinino expreſſus, ob nimiam ejus acrimoniam & vim cauſticam à prudentioribus vix conceditur ut purgans, nihilominus tamen multi extract. ad gran. XV. hydropicis commendant.

ELECTUARIA.

Electuaria, præſcribuntur à Medicis per mixtionem pulverum, conſervarum, eſſentiar. rob. &c.

Electuarium Chalybeatum, Stahl Lattwerg / (1. Loht 8. kr.) Meritò commendatur in illis affectibus, qui ab obſtructione & cruditate acidâ foventur, uti ſunt uteri, lienis, hepatis, &c. ℞. *Elect. Chalyb. Auguſt.* ℥vj.

Elect. Diacodium, Magſaamenhäupter Lattwerg / (1. Loht koſtet 3. kr.) Conficitur ex cap. papav. albi, bono cum ſucceſſu poteſt ordinari contra lympham acrem & valde tenuem, tuſſim convulſivam tam infantum quàm adultorum: doſis eſt ℈j. uſque ad ℥ß. In præſcriptis non ſemper additur Electuarium diacod. ſed ℞. *Diacod.*

Elect. Diacorum, Vide ſuperius *Condita*.

Elect. Diasatyrion, Stendelwurtz / oder Hochzeiter Lattwerg / (1. Loht 10. kr.) vid. Lit. D.

Elect. è Baccis Lauri, Lorbeer Lattwerg / (1. Loht 6. kr.) frequentius externè in Clyſteribus, quàm internè datur, quos in morbis flatulentis ad ℥j. ingreditur. ℞. *Herb. Beton, artem. puleg. matric. aa. M. j. flor. chamomill. hyper. lavendul. aa. P. j. ſterc. equin.* ℥ij. inciſa coq. in ſ. q. aq. Colatur. ℞. ℥x. adde *Elect. è bacc. laur.* ℥j. *ol. lil. alb.* ℥iß. *miſc.* F. Enema.

Elect. è Passulis. Comeditur in affectibus thoracis, alvi obſtruct. febr. ardent. &c. doſ. eſt quant. nuc. moſch.

Elect. Mithridatium Damocratis, der beſte Mithridat / (1. Pfund 2. Guld. 30. kr.) Eſt ſpecies theriacæ infantibus dolore colico vexatis ad ſomnum

Digitized by Google

ſomnum conciliandum, datur lentis vel piſi magnitudine. In febribus malignis pro eliciendis ſudoribus cum aqua aliqua deſtillata ad ℈j. datur. E. g. ℞. *Mithridat.* ℈j. *Aq.ulmar. pimpin.q.ſ. vel aa.* ℥iß.*miſc.* Externè commodè etiam applicatur umbilico infantum, quando cruciantur torminibus alvi.

Electuarium de Ovo, Gülden-Ey/ (1. Loht 12. kr.) à figurâ ſic dicitur, vel quod in ejus præparatione crocus teſtæ ovi ſoleat indi. Celebratur in peſte. Doſ. ℈j. uſque ad ʒij.

Elect. Philonium Persicum, Romanum, Requies Nicolai. Sunt Electuar. opiata valdè proficua in agrypniis. Requies Nicolai in dolore dentium temporibus commodiſſimè applicatur: ℞. *Ung. Nic.* ʒij. F. Duo Emplaſtra in formâ capitali.

Elect. *Lenitiva & Solutiva*, (1. Loht 8. kr.) maximam ferè partem exſpirarunt, adeoque rarius internè, frequentius in Clyſteribus in uſum vocantur; ſic Electuar. benedict. laxativ. Caryocoſtinum, Diacatholicon, Diaphenicon, &c. propter nimiam doſin, quæ ſi votis reſpondere debet ſæpius ℥ij. attingit, non commodè poſſunt adhiberi internè, ſi enim diſſolvantur, faſtidioſam pariunt potionem.

Electuar. *Benedict. Laxativ.* die geſegnete Larier Lattwerge/ (1. Loht 8. kr.) Si Clyſteribus additur ad ℥ij. debet præſcribi pro libr. j. vel ℥x. liquoris, ſi e. g. in febr. ardent. alvi fortiora purgantia ſunt ſuſpecta, internè illud adhibere velis, potiori purganti ad ʒvj. addi poteſt.

Electuarium Caryocostinum, (1. L. 8. kr.) Fuit frequentiſſ. purgans Horſtii pro evacuandâ bile & ſero, doſ. ℥ß.

Elect. de Citro Solutivum. Larier Citronen Lattwerg/ (1. Loht 8. kr.) Debet diſtingui ab extracto Diacitri, eſt cholagogum, quò referatur etiam Diacaſſia cum manna, Diacydon. laxativ.

Elect. Diacatholicum, (1. Loht 8. kr.) Hodie adhuc in uſu eſt, ingreditur Clyſteres ad ℥iß. potiones ad ℥j.

Elect. Diaprunum Laxativ. Zwetſchgen Lattwerg/ (1. Loht 2. kr.) Exhibetur in febribus, ubi calidiora purgantia ſunt ſuſpecta. Simplex ad alvum humectandum datur ad ʒij. vel ℥j.

Elect. e Succo Rosarum, Purgier Roſen Lattwerg/ (1. Loht 8. kr.) Commodiſſimè ordinari poteſt pro expurgandâ bile. E. g. ℞. *Elect. è ſucc. roſ.* ℥ß. ſolve in ſ. q. ſeri lactis, vel pro j. doſ.

Elect. Hamech Majus, citra nauſeam vix aſſumitur, doſis ʒß.

Elect. de Tamarindis cum Fol. Senn. Tamarinden-Lattwerge mit Senetblättern/ (1. Loht 8. kr.) datur in obſtructione alvi, præſertim in febribus: E. g. ℞. *Elect. de tamarind. cum fol. Sen.* ℥j. ſolv. in *aq. cichor.*

℥iij. adde *Syrup. roſ. ſolut. vel ſyrup. de cichor. cum rhabarb.* ʒvj. *miſc.* F. Potio pro unâ doſi, addi etiam poteſt *Crem. Tartari* ℈j.

ELIXIRIA.

ELIXIR PROPRIETATIS, der Alte Balſam/ ſo vor der Fäule und Gifft bewahrt/ (1. quintl. koſtet 10. kr.) Quamvis hujus variæ apud Authores extent præparationes, vix tamen una erit, cui ſequens cedat: ℞. *Aloës, myrrh. croc. q. ſ.* humectentur *ol. tartari* per deliquium, ut acquirant formam pultis, affunde Spirit. vini ad eminentiam aliquot digitorum, ſtent in digeſtione in loco calido per triduum, filtrentur, & habebis verum elixir proprietatis, cujus ingredientia centraliter ſunt ſoluta. Tali modo paratum cruditatem acidam potenter corrigit, & omnibus morbis inde natis reſiſtit, menſium ſuppreſſioni, anorexiæ, affectibus hypochondriacis, febribus quartanis, &c. doſ. ſunt gutt. xv. uſque ad xxx. ℞. *Elix. propriet.* ʒij. S. Magen. Elixir zu 20. Tropffen. Nota inclinantibus ad hæmorrhagiam, vel uteri vel narium vel hæmorrhoidum ejus uſus diſſuadendus propter aloën.

ELIXIR *VITÆ MATTHIOLI*, Elixir des Lebens/ (1. loht koſtet 12. kr.) Conſtat ex multis aromatibus, extractis cum Spiritu vini, hinc obtinet inſignem vim carminativam, corrigentemque intemperiem ſanguinis pituitoſam: ℞. *Elix. vit. Matth.* ℥iij.

ELIXIR UTERINUM CROLLII, Mutter Elixir/ (1. loht koſtet 24. Kr.) laude dignum eſt in menſium ſuppreſſione, fluxu albo muliebri, paſſione hyſtericâ, partu difficili, doſ. gutt. 7. uſque ad 30. pro ratione ætatis & circumſtantiarum. ℞. *Elix. uterin.* ʒj. *S.* Mutter Elixir.

ELIXIR ANTISCORBUTICUM, Scharbocks Elixir/ (1. loht 16. kr.) Subſtitui poteſt Elixiri antiſcorbutico von Gutdenkle:/ qui involvi poteſt ſub titulo *Arthrit. vagæ ſcorbuticæ.*

ELIXIR VITRIOLI MYNSICHTI, (1. quintl. 6. kr.) huc etiam referendum, utpote cujus uſus non infrequens, vide A. ℞. *Elix. Vitrioli Mynſ.* ʒiß. S. Magen Elixir zu 12. oder 15. Tropffen.

EMPLASTRA.

EMPLASTRUM ALBUM COCTUM, Bleyweiß Pflaſter/ (1. Pfund 40. kr. 1. loht 2. kr.) Obſervandum, non opus eſſe, ut ſingulorum deſcriptionem hic tradamus, cùm illæ proſtent ſatis in *Pharmacopœa Auguſt. Schröder. Zwölffer. & Mynſicht.* Hoc dicatum eſt ulceribus ſordidis, quia validè exſiccat & refrigerat, unde etiam in quâvis excoriatione, exulceratione & inflammatione convenit.

EMPLASTRUM APOSTOLICUM, Wund-Pflaſter/ (1. Pfund 40. Kr. 1. loht 2. kr.) Egregiam operam navat in ulceribus & vulneribus, quæ brevi ſanare

ſanare ſolet; habet etiam vim emolliendi, maturandi & abſceſſus rumpendi.

EMPLASTRUM ARTHRITICUM, Glieder Pflaſter/ (1. Loht koſtet 6. kr.) Imponi ſolet in deſtillationibus, doloribus artuum ſcorbuticis, affectibus capitis convulſivis arthriticis.

EMPL. BASILICUM MAJUS, Zug Pflaſter/ (1. Pfund 40. kr. 1. Loht 2. kr.) Maturat pus, & ſuppurationem promovet, hinc egregium eſt antipleuriticum, adeoque ipſis etiam bubonibus imponi poteſt.

EMPL. CEPHALICUM, HauptPflaſter/ (1. Loht 6. kr.) imponitur fronti vel temporibus, vel ſuturæ coronali in cephalalgiis, affectibus nervorum, epilepticis ac apoplecticis.

EMPL. CERONEUM, WaxPflaſter/ (1. Loht 6. kreutz.) Abſumit lac in mammis.

EMPL. DE CICUTA, MilzPflaſter von Schierling/ (1. Loht 4. kreutz.) Aliàs ſpleneticum dictum. Eſt egregium ſpleneticum; & imponitur ſiniſtro hypochondrio in dolore & obſtructione lienis, nec non pancreatis. ℞. *Emplaſtr. de cicut.* ℥vj. malaxetur *Ol. capparum*, ducatur ſuper alutam, F. Emplaſtrum in formâ ſcuti.

EMPL. CITRINUM, Gelb ZugPflaſter/ (1. Pfund 32. kr. 1. Loht 1. kr. 2. pf. Vid. *Emplaſtrum Baſilicum*.

EMPL. *contra* RUPTURAM. Venit in uſum in herniis.

EMPL. DE BACCIS LAURI, Pflaſter von Lorbeeren/ (1. Loht 3. kreutzer) Applicatur in Colicâ & torminibus alvi infantum umbilico, nec non in affectibus uteri regioni uteri.

EMPL. DE CRUSTA PANIS, MagenPflaſter/ (1. Loht 3. kr.) Eſt ſtomachale valdè proficuum in vomitu, imponitur etiam umbilico in diarrhæâ & dyſenteriâ: ℞. *Emplaſt. de cruſt. pan.* ℥ß. ducatur ſuper alutam, illinatur *Ol. ſtillat. abſynth. q. ſ.* obducatur ſyndone rubro. F. Emplaſtrum.

EMPL. DEFENSIVUM, Deſenſiv Pflaſter/ (1. Loht 2. kr.) In vulneribus & ulceribus, ponitur circa locum affectum ad arcendam inflammationem & impediendum humorum affluxum.

EMPL. DE GRATIA DEI, Gottes Gnad Pflaſter/ (1. Loht koſtet 2. kr.) Divinam gratiam præſtat Chirurgis in vulneribus capitis & nervorum.

EMPL. DE MELILOTO, Steinklee Pflaſter/ (1. Pfund 1. Guld. 4. Kr. 1. Loht 3. kr.) Obtinet laudatam vim emolliendi, unde in tumoribus ſcirrhoſis, angina, aliiſque apoſtematibus utiliſſimum.

EMPL. DE MINIO, Mennig Pflaſter/ (1. Loht 2. kr.) meretur laudem in ulceribus, quorum acidum egregiè abſorbet, eaſdem vires habet, quas Noribergenſe componitur illud ex minio.

Digitized by Google

EMPLASTRUM DE *PELLE ARIETINA*, Bruchpflaſter/ (1. Loht 8. kr.) Eſt glutinans, adhibetur in herniis.

EMPLASTRUM DE *RANIS*, Fröſch-Pflaſter/ (1. Loht koſtet 6. kr.) Diſcutit & diſſipat humores viſcidos & tartareos, unde in ſcrophulis, ſcirrhis, bubonibus vel ulcuſculis Venereis multum facit, magis penetrat, ſi ſit acuatum cum Mercurio.

EMPL. DIACHYLON SIMPLEX, ſchlecht Diachylon/ (1. Pfund 40. kr.) Reſolvit & diſcutit.

EMPL. cum GUMMIS & MAGNUM, Diachylon mit Gummi/ (1. Pf. 20. kr.) ſuppurationem promovet & optimè emollit.

EMPL. DIAPALMÆ, Palmenpflaſter/ (1. Loht 3. kr.) Eſt laudabile nervinum, multum præſtans in vulneribus deſperatis, fracturis oſſium, luxationibus, dolore iſchiadico, podagra, &c. ℞. *Empl. diapalm. de ſperm. ranar. de melilot. aa.* ℥ß. malaxetur *ol. lumbr terreſtr.* F. Emplaſtrum, quo multum efficere poſſumus *in ulceribus, vulneribus & defluxionibus.*

EMPL. DIAPHOENICON, Datteln Pflaſter/ (1. Loht 8. kr.) Dicitur ita, quia è Dactylis præparatur, *frigidum* in affectibus ventriculi calidis, cruditate nidoroſa, ventriculi ardore, &c. imponitur: *Alterum* in cruditate acida, anorexia, &c. invenit locum.

EMPL. DIAPHORETICUM, (1. Loht 6. kr.) Applicatur in fluxionibus frigidis, arthritide, tumoribus ſcirrhoſis, ut tumores ſubcutanei per inſenſibilem tranſpirationem evaneſcere poſſint.

EMPL. FEBRIFUGUM. Fieber Pflaſter/ (1. Loht 16. kr.) Variæ ab authoribus traduntur deſcriptiones, quocunque modo paretur, ſolet applicari ſuper alutam aliquot horis ante paroxyſmum, carpis manuum, ubi per octiduum relinquitur, & eadem horâ, quâ eſt impoſitum, rurſus removetur & flumini injicitur.

EMPLASTR. GRYSEUM, Galmey-Pflaſter/ (1. Pfund 48. kr.) propter lapidem calaminarem ulcera ſordida exſiccat, aſpergit & conſolidat. Inſerendum hîc *Emplaſtrum de Galbano*, quod calidè applicatum multum præſtat in tumoribus mammarum mulierum, inprimis, ſi deinde etiam ſacculus arena repletus calidè applicetur.

EMPL. INCOGNITUM, (1. Loht 2. kreutz.) Eſt Emplaſtrum hepaticum & in affectibus hypochondriacis in uſum venit.

EMPL. MATRICALE, Mutter-Pflaſter/ (1. Loht 6. kr.) In paſſione hyſterica, umbilico vel paulò infra umbilicum applicatur.

EMPL. NERVINUM, Nervenſtärckendes Pflaſter/ (1. Loht 6. kr.) In luxationibus articulorum, defluxionibus ad partes membranoſas, motibuſque convulſivis egregiè prodeſt, ſpinæ dorſi ſi affigatur.

Emplaſtrum Nigrum, vide Stiĉticum Crollii.

Emplaſtrum

EMPLASTRUM OPODELDOCH, Köſtlich Pflaſter zu alten Schäden/ (1.Loht koſtet 12.kr.) Exſiccat & conſolidat vulnera & ulcera.

EMPL. OXYCROCEUM, Wärmend Saffran-Pflaſter/ (1. Loht 8.kr.) Eſt aſylum chirurgorum in compeſcendis doloribus.

EMPL. DE SPERMAT. RANAR. Froſchleich-Pflaſter/ (1.Loht 3. kreutz.) Commendatur egregiè in inflammationibus, ulceribus ſordidis, gangræna & artuum doloribus.

EMPL. STICTICUM CROLLII, (1.L.6.kr.) Convenit in abſumendo lacte in mammis, adhibetur feliciter in inflammationibus mammarum, curat vulnera, tam recentia quàm inveterata: Commendatur quoque in catarrhis & lympha acri & tenuiori orta, quo fine etiam medetur arthritidi.

EMPL. TRIAPHARMACUM, brauner Zug/ (1.Pfund 40.kr.) à tribus illis ingredientibus lythargyrio, aceto & oleo nomen habens, convenit in ulceribus manantibus & pedum fiſtulis, in alten Schäden.

EMPL. VESICATORIUM, Blaſen-Pflaſter/ (1.Loht 12. kr.) Quid ſit & cui uſui ſit dicatum ex nomine colligere fas eſt, dicitur aliàs das Blaß-Pflaſter.

EMPLASTRUM VIRIDE, grüner Zug/ (1.Pfund 32.kr.) imponitur Fontanellis & excitatis veſiculis, ne citius quàm par eſt, conſolidentur.

ESSENTIÆ & EXTRACTA.

Quoniam pedem movemus ad Eſſentias & Extracta, operæ pretium erit quædam interponere de modo extrahendi virtutes ex ſimplicibus: In Eſſentiis autem & Extractis deſideratur craſis totius ſimplicis ſeparata à reliquâ ſubſtantiâ, cui antea tanquam nucleus cortici erat involuta. E.g. *Oleum cinamom. deſtillat.* ſimplicis ſui craſin ita continet, ut ſeparatione oleorum cortex omni virtute ſit exutus, ſimiliter quando ex eodem Cinamomo cum Spir. Vini pars ſulphurea & reſinoſa elicitur, & per Spir. Vini abſtractionem ad conſiſtentiam mellis inſpiſſatur, vocatur *Extractum*: In Extractis autem & Eſſentiis parandis duo conſideranda. *Primò*, Subſtantia extrahenda. *Secundò*, Medium extractionis. Subſtantia extrahenda eſt vis concreti medicamentoſa, h. e. tota ſimplicis craſis nativa, quæ in legitimâ inſtituta extractione nullum vel à menſtruo, vel ab igne alterationem pati debet. Medium autem extractionis, cujus beneficio ſubjecti craſis evocatur foràs & elicitur, dicitur *menſtruum*, tale menſtruum debet eſſe appropriatum rebus extrahendis, aliàs non procedit, ſed fallit negotium. E.g. Saccharum in aquâ promptiſſimè ſolvitur, non tamen ita in vino; Sic etiam ſi Jalappam velis infundere in aqua ſimplici, nunquam ei virtutem purgantem extrahes, contrà ſi infundatur in Spir. Vini, citiùs in leni calore extrahetur Tinctura rubicunda, quia Jalappæ virtus purgatrix

Digitized by Google

reſidet in parte ejus reſinoſa, quæ rurſus deſiderat menſtruum ſulphureum & oleoſum, requiritur ergò, ut menſtruum ſit ſimile rei extrahendæ, quæ ſimilitudo potiſſimùm conſiſtit, in particularum tam menſtrui, quàm rei ſolvendæ convenientiâ, ita ut ſe invicem poſſint ſolvere, imbibere, & ſpatiolis ſuis & poris continere, hinc fit ut oleoſa per ſulphurea, & mucilaginoſa per aquea ſint ſolvenda; hinc fit, ut unum ſubjectum, quod gummoſum & reſinoſum eſt, duplex menſtrui genus aquoſum & ſulphureum, prout ſubſtantia extrahenda, requirit. Eſſentiæ & extracta potiſſimum dicata ſunt *vegetabilibus*, quorum pars gummea & mucilaginoſa menſtruo aquoſo & reſinoſa menſtruo ſulphureo elicitur. *Animalia* proprias dictas eſſentias non largiuntur, ſed gelatinas, quæ, cum aqua conficiuntur, quæ rurſus concreti energiam continere debent. In *Mineralibus* talia extracta ſolent venire nomine Tincturæ. Specialius de ipſis menſtruis: Notum eſt, quòd illa ſint duplicia, univerſalia & particularia: univerſale eſt, quod omnia corpora ſine diſcrimine ſolvit: particulare, quod corpora ſibi proportionata ſaltem poteſt enodare. Particularia ſunt in triplici differentia. Sunt enim vel *aquoſa*, vel *ſulphurea & oleoſa*, vel *ſalina*. *Aquoſa menſtrua* ſunt dicata ſolvendis & extrahendis ſalibus & mucilaginibus, imò inſerviunt contrahendis quibuſcunque vegetabilibus, modò non ſint reſinoſa, hinc aquæ beneficio parantur & cocta & infuſa; Sic aqua ſimplex uſurpatur pro extractione animalium accedente coctura, unde fiunt omnia Juſcula animalium, earumq; partium nec non Gelatinæ. Sic opeaquę inſtituitur illa calcinatio philoſoph. cornuum & oſſium ſine igne. Ad aquoſa menſtrua etiam pertinet Ros majalis turgens ſale volatili nitroſo, qui ros majalis deſtillatus dat phlegma ſalinum, quod eſt egregium menſtruum pro extrahendis eſſentiis & extractis vegetabilium & præfertur non ratò ipſi Spiritui Vini, cujus caliditas & ſulphur multis ſunt ſuſpecta. Imò ros majalis ritè præparatus ipſum aurum ſolvit (ſed non radicaliter) & elegantiſſimam extrahit eſſentiam. Ex ſale illo nitroſo roris majalis videtur deducendam eſſe virtutem vegetantem vegetabilium. Huc referunt *Aquam martialem*, Mertzwaſſer/ quæ copioſis virtutibus abundare videtur, quæ ipſi à vegetabilium ſeminibus aliisque rebus terreſtribus communicantur; hæc etiam deſtillata elegans dat menſtruum pro extrahendis vegetabilium virtutibus: Nix etiam menſtruis annumeratur, videtur tamen ſine ratione. Inter *menſtrua ſulphurea* eminet Spiritus vini, qui eſt ſubjectum ſulphureum oleoſum extrahens tincturas ſulphureas & oleoſas, quo faciunt etiam *Spiritus vegetabiles* ardentes, ut *Spir. frumenti*: Ad hæc menſtrua ſulphurea & oleoſa pertinent etiam *olea deſtillata juniperi, aniſi, &c.* hæc non ſolùm ſolvunt *Sulphur commune*, quod apparet in præparatione Balſami ſulphuris, nec non in ſolutione *ſulphuris antimonii calcinati*, quæ etiam eſt ſubſtantia

admodùm

admodùm ſulphurea. His adſcribe *Spir. Vini tartariſatum*, qui quaſi menſtruum univerſale eſt, qui ſibi par vix aliud invenit pro parandis eſſentiis & extractis. Sequuntur menſtrua *ſalina* eaque *acida* & *urinoſa*. Ex regno vegetabili, ex acidis menſtrui loco in uſum veniunt *Succus citri, berberum, &c.* ſpiritus acidi lignorum, quæ menſtrua temperata ſunt, nec tam corroſiva uti mineralia acida, hinc adhibentur in ſolutione ſubjectorum illorum poroſorum & teſtaceorum, e. gr. *Ocul. cancri, coralliorum, concharum, &c.* In ♂is aliorumque ejusmodi ſolutionibus ſolet excitari effervescentia, quia occultum illud alkali volatile in his ſubjectis deliteſcens init pugnas cum acido. Acetum etiam menſtruis ſalinis annumeratur, illud ♄num in minium ſolvit, convertit ♂ in crocum ſat utilem, idem deſtillatum ♀rem convertit in æruginem. In regno *minerali* inter menſtrua eminent 🜅. 🜆. ⚹. ⦶li, ⦶ri, &c. quæ ſunt menſtrua tam corroſiva, quàm ulla alia, ſolventia etiam compactiſſima corpora. Inter *menſtrua urinoſa* occurrunt lixivia, ut lixivium calcis vivæ cum ſale tartari, quæ ſolvunt omnia ſulphurea.

ESSENTIA AMBRÆ, Amber Eſſenz/ (1. quint. 15. kr.) Poteſt parari cum ſpir. vini tartariſato, eſt nobile medicamentum cerebro & cordi dicatum. Præſervat ab apoplexiâ, vertigine, confortat memoriam & ſanitati eſt utiliſſima, dari poteſt cum *Aq. cephal. Langii*, vel *Lil. convall.* à gutt. j. uſque ad xv. ℞. *Eſſent. ambr.* ℨj. *ſpir. lil. convall. tinctur. corall. aa.* ℨß. *miſc.* S. 11. Tropffen darvon zu gebrauchen.

ESSENTIA CITRI, Citronen Eſſenz (1. Loht 8. kr.) Solet aſſervari in formâ liquidâ, ſed melius eſt illam parare in formâ ſiccâ, quæ vocatur Eſſentia citrina ſaccharina; Eſtque nihil aliud, quàm ſaccharum oleo citri imprægnatum: ex hâc jucundiſſimè parari poteſt Vinum citratum, ſi enim ℨß. vel j. vitro vini injiciatur, ſic gratiſſimâ fragrantia Vinum hoc imprægnatur, fitque egregium cordial. anticolicum, ſtomachicum, cephal. &c.

EUPHORBIUM, Euphorbium/ (1. Loht koſtet 4. kr.) Eſt medicina aſinorum & mulomedicorum, nam propter vim cauſticam à prudentioribus nunquam internè dari poteſt.

De ipſis Extractis hoc adhuc notari velim, quod in officinis magnus illorum ſolet eſſe luxus, cùm tamen in univerſâ praxi pauciora, imò vix unum & alterum omnem paginam abſolvere poſſit, ſic ſi quis ſibi compararet *Extract. abſynth. caſtor. carduiben. laudan. opiat.* & extractum quoddam purgans, reliqua omnia alto ſupercilio negligere poteſt. Obſervetur hoc etiam quod in Extractis compoſitis multa extracta ſubjiciantur, quæ tamen menſtrua planè non attingunt, cujus rei exemplum poteſt eſſe extractum chalybeatum Schröderi, cui quamvis per annum integram ohmam Spir. vini velis affundere, ipſi tamen chalybs nihil communicabis.

Digitized by Google

EXTRACTUM ABSYNTHII, Wermuht Extract/ (1.quintl. 6.kr.) Eſt laudatiſſimum ſtomachicum & hepaticum, convenit cum viribus ſui ſimplicis, quæ jam ſunt notæ. ℞. *Extr. abſynth.* ℈j. *calam. aromat. gr. xv. extract. lign. aloës gran. v. balſ. de Peru* ℈ß. f. lege artis Pilulæ pondere grani, deaurentur. S. Magen-Pilulen.

EXTR. *AGARICI*, Lerchenſchwamm Extract/ (1. quintl. koſtet 24. kr.) datur ad ℈ij. in affectibus capitis pituitoſis.

EXTR. *ANGELICÆ*, Extract von Angelick Wurtzel / (1. quintl. 6. kreuz.) Eſt alexipharmacum, præſervans & curans morbos malignos, adhibetur etiam in morbis uterinis, paralyſi & apoplexia, doſis ℈j.

EXTR. *BACCAR. JUNIPERI*, Wachholderbeeren Extract. Egregiè convenit in cachexiâ, hydrope, calculo, ventriculi debilitate, menſium ſuppreſſione, &c.

EXTR. *CALAMI AROMATICI*, Calmus Extract/ (1. quintl. 6. kr.) Cerebro & ventriculo eſt dicatum : doſ. ʒß.

EXTR. CARDUI BENEDICTI, Cardenbenedicten Extract/ (1. quint. 6. kr.) Eſt antifebrile, diaphoreticum, alexipharmacum, poteſt exhiberi utroque modo vel in formâ pilulari, vel diſſolutum in mixturâ quadam.

EXTR. *CASTOREI*, Bibergeil Extract/ (1. quintl. koſtet 1. Guld. 20. kr.) In formâ pilulari conceditur in affectibus cerebri & uteri, morbis convulſivis, menſium ſuppreſſione, paſſione hyſtericâ, vertigine, &c.

EXTR. CHOLAGOGUM, (1. quintl. 24. kr.) Expurgat bilem in morbis bilioſis, utero, febri tertianâ, doſis ℈j. ad ʒß.

EXTR. CICHORII, Wegwart Extract/ (1. quintl. 6. kr.) Corrigit intemperiem hepatis calidam.

EXTR. DIACITRI, purgierend Citronen Extract/ (1. quintl. 12. kr.) Eſt commodum cholagogum: doſis ad ℈iiij. ℞. *Extr. Diacitr.* ℈ij. *ſolv. in ſ. q. aq. cichor.* adde *Cremor. Tartari* ʒß. *Syr. de cichor. cum rhabarb.* ℥ß. *miſc.* S. Laxier Träncklein auff einmahl zu nemmen.

EXTR. CNICOPHARMACUM, wild Saffran Extract/ (1. quintl. 16. kr.) Eſt phlegmagogum, & dari poteſt in intemperie ſanguinis frigidâ, cephalalgiâ pituitoſa, catarrhis, tuſſi humida, difficili reſpiratione, doſ. eſt ℈j.

EXTR. COLOCYNTHIDIS, Coloquinten Extract/ (1. quintl. 14. kr.) Poſſumus illo carere ob virulentiam.

EXTR. CROCI, Saffran Extract/ (1. quintl. 2. Guld. 1. gran 2. kr.) Eſt anodynum & dolores mitigat, medetur menſium ſuppreſſioni, catarrhis & morbis pectoris. In dolore dentium pilulæ inde formari, poſſunt cavo intrudendæ. ℞. *Extract. croc. gr. iij theriac. cæleſt. Opii. aa. gr. ij camph. gr j. miſc.* F. Pilulæ. Aliàs hoc extractum in exiguâ doſi internè ad aliquot gr. ſolet dari.

Extractum

EXTRACTUM CUCUMERIS ASININI, Eſels-kürbis Extract/ (1.quintl. koſtet 6. kr.) Eſt potens hydragogum, in ſelectiori tamen praxi nulla amplius ejus extant veſtigia.

EXTR. ESULÆ, Extract von Wolffsmilchwurtzel/ (1.quintlein 12. kr.) In hydrope in uſum vocatur propter expurgationem ſeri, doſ. ℈j.

EXTR. DIACATHOLICUM, (1. quintl. 24. kr.) In ſanguinis diacraſia ad ʒß. vel ʒij. in formâ pilulari datur.

EXTR. GENTIANÆ, Entzian Extract/ (1.quintl. 6.kr.) Laudatur à Medicis quoad quartanam, poſſunt ex eo fieri pilulæ ad ℈j. commendatur multum in affectibus ſpleneticis, menſium ſuppreſſione, vulneribus, ulceribus, &c.

EXTR. HÆMAGOGUM, (1.quintl. 24.kr.) Eſt medicamentum aloëticum, hinc vaſa aperit & proritandis menſibus & hæmorrhoidibus conveniens eſt.

EXTR. HELLEBORI NIGRI, Steyriſch Nieſwurtz Extract/ (1.quint. 8.kr.) Laus ejus adhuc conſtans eſt in melancholiâ, affectibus hypochondriacis, aliiſque morbis, qui foventur ab intemperie, ſanguinis acidâ craſſa & viſcida: ℞. *Extr. Helleb. nigri* ℈j. *reſin. jalap. gr. v. miſc.* F. Pilul. num. xv.

EXTR. HYOSCYAMI, Bilſenſaamen Extract/ (1.quintl. 6. kr.) Inducit ſtuporem, & propterea rarioris uſus eſt, ſed dentibus cavis dolentibus in forma pilulari felici cum ſucceſſu imponi poteſt.

EXTR. LIGNI ALOES, Paradißholtz Extract/ (1. quintl. 1. Guld. 30. kr. 1. Gran 2. kr) In affectibus capitis valdè proficuum eſt, inprimis in vertigine, exhilarat etiam cor. Vid. *Extractum abſynthii.*

EXTR. LIGNI COLUBRINI, Grießholtz Extract/ (1. quintl. 30. kr.) Eſt ſpecificum antiquartiũ, datur ante paroxyſmum in formâ pilulari à ʒß. ad ℈j.

EXTR. LILIORUM CONVALLIUM, Meyenblümlein Extract/ (1. quintl. 6. kr.) Multum præſtat in affectibus capitis, medetur etiam vertigini, apoplexiæ, ſuccurrit memoriæ, ſedat dolorem capitis, datur in forma pilulari, e. g. ℞. *Extr. lil. convall.* ℈j. *lign. aloës gr. v. theriac. cæleſt. gr. vj. miſc.* F. Pilulæ num. xxx. quarum ſ. pro doſi dantur.

EXTR. LIQUIRITIÆ, Süßholtz Extract/ (1.quintl. 4. kr.) in tuſſi & raucedine poteſt præſcribi.

EXTR. MAJORANÆ, Majoran Extract/ (1.quintl. 6. kr.) in morbis capitis pituitoſis ad ſternutationem promovendam uſurpari poteſt.

EXTR. MAROCOSTINUM, (1.quintl. 20. kr.) Eſt conveniens formandis pilulis antihypochondriacis, doſis eſt ℈j.

EXTR. MECHOACANNÆ, Mechoacañ Extract/ (1.quintl. 24. kr.) à plurimis non præſcribitur.

EXTR. MELANAGOGUM, (1. quintl. 24. kr.) in cruditate acidâ & ſan-

Digitized by Google

guinis viſcido & glutinoſo expurgando in uſum vocari poteſt, datur ad ℈j. ex quo fiunt Pilulæ num. xv. addito uno vel altero grano Diagrydii, uti ex exemplis jam patebit.

EXTRACTUM MELISSÆ, Meliſſen Extract / (1. quintl. koſtet 6. kreuʒer.) Eſt dicatum cerebro, cordi, utero, hinc in paſſione hyſtericâ, menſium obſtructione commodè datur ad ℈j. ℞. *Extract. meliſſ. ſabin. vel caſtor.* ſi illud non proſtet *aa.* ℈j. *myrrhæ* ℈ij. *gumm. galb.* ℈ß. F. Pilulæ pondere grani, aſpergantur *pulv. rad. bryoniæ, miſc.* S. Pilulein 7. auff einmahl.

EXTR. MUMIÆ, (1. quintl. 10. kr.) Convenit in exulceratione renum, empyemate, caſu ab alto, pleuritide, &c.

EXTR. PANCHYMAGOGUM, (1. quintl. 18. kr.) Familiariſſimum eſt purgans, quod in omnibus ferè morbis tutiſſimè poteſt dari à ℈j. ad ʒß. acuitur trochiſcis alhandalinis vel reſinâ Scammonii: ℞. *Extr. panchym.* ℈j. *ſcammon. gr. iij. miſc.* F. Pilulæ num. XV.

EXTR. PHLEGMAGOGUM, (1. quintl. 24. kr.) Doſis ℈j. ad ʒß.

EXTR. POEONIÆ, Peonien Extract/ (1. quintl. 6. kr.) dicatum eſt utero & cerebro.

EXTR. PILULARUM AGGREGATIVARUM, (1. quintl. 24. kr.) educit pituitam in obſtructione lienis & hepatis, doſ. ʒß.

EXTR. PILULARUM AUREARUM, COCHIARUM, (1. quintl. 24. kreuʒer.) Educunt bilem, doſ. ℈j. ad ʒß.

EXTR. DE FUMARIA, (1. quintl. 24. kr.) commendationem meretur in ſcabie aliiſque morbis ſpleneticis, doſis ℈ß.

EXTR. PILULARUM FOETIDARUM, (1. quintl. 24. kr.) movet menſes, fœtum mortuum expellit, doſ. ℈j. ad ℈ij. Sic in menſium ſuppreſſione hoc modo ordinari poſſunt: ℞. *Maſſ. pil. fœtid.* ʒß. *ſal. volat. ſuccin. gr. v. ol. ſtillat. macis gran. ij. miſc.* F. Pilulæ. Novi Meretriculam, quæ ſibi ex pharmacopolio comparare volebat hoc Extractum fœtid. ſed ipſi tanquam perſonæ ſuſpectæ negabatur.

EXTR. RHABARBARI, Rhabarbar Extract/ (1. quintl. 24. kr.) Cholagogum eſt datur ad ℈ij.

EXTR. SCAMMONII, (1. quintl. 20. kr.) Saltem ſtimuli loco aliis purgantibus additur ad aliquot grana, vid. exempla data.

EXTR. SEM. CYNÆ, Wurmſamē Extract/ (1. qu. 20. kr.) necat lumbricos.

EXTR. FOLIOR. SENNÆ, Sennetblätter Extract/ (1. quintl. 16. kr.) datur ad ʒß.

EXTR. LAUDANUM OPIATUM, (1. quint. 12. kr.) Opium ſequenti modo poteſt corrigi pro efficiendo Laudano: ℞. *Opii* ℥j. Scinde in taleolos, qui ſuper laminâ ferreâ calidâ paululum detineantur, movendo & ſæpius vertendo & experiendo, donec digitis in pulverem redigi poſſint,

tum

tum judicare poſſumus Opium eſſe correctum, & vapores noxios depoſuiſſe. ℞. *nunc Opium hoc modo correctum*, affunde *acet. deſtill.* ad eminentiam trium digitorum, digere per aliquot dies in loco calidiori, hinc filtra per pannum, & fortiter exprime, quæ colatura evaporata, donec acquirat colorem ſanguinis, vocari poteſt Tinctura Opii, quæ ad j. vel ij. grana ſeu gutt. in liquore aliquo propinari poteſt pro conciliando ſomno & mitigatione doloris: Quod ſi hanc Tincturam ad conſiſtentiam extractionis evaporare ſinas, tum ℞. *maſſ. evaporat.* ℥ß. adde *Croci* ℈ß. *Caſtor. gr.xv. miſ.* & ſuper leniſſimo igne agitando redige in conſiſtentiam pilularum, quæ maſſa vocari poteſt Laudanum opiatum. Eſtque ſacra anchora in compeſcendis doloribus & vigiliis, fluxu humorum & hæmorrhag. doſ. eſt gr. j. vel ij. ulteriùs prudens Medicus & cautus non aſcendit: ℞. *Laudan. opiat. gran. iij*. F. Pilul. num. iij. S. Pillulein à 3. mahl. Opiata talia nunquam in principio morbi ſunt danda, ſed ſemper præmiſſis præmittendis neque exhibenda niſi horis veſpertinis: Duplex eſt Laudanum completum & incompletum, quorum hoc datur pro fœminis illud pro viris.

EXTRACTUM TORMENTILLÆ, Tormentillwurtz Extract/ (1. quintl. 6. fr.) Convenit in dyſenteriâ & nimio menſium fluxu in & externè.

EXTR. TURPETHI, Turbith Extract/ (1. quintl. 20. fr.) Eſt hydragogum, doſis ʒß.

EXTRACT. UTERINUM MYNSICHTI, Mutter Extract/ (1. quintl. 20. fr.) Vide *A*.

EXTR. ZEDOARIÆ, Zittwen Extract/ (1. quintl. 12. fr.) Eſt laudabile remedium contra lumbricos, cruditatem acidam, flatus, &c.

F.

FECULÆ præparantur, quando radices contunduntur, & ſuccus fortiter exprimitur, qui cum aqua deſtillata reponitur ad ſubſidentiam, ubi pulvis ſubtiliſſimus in fundo reſidens dicitur Fæcula. Ego fæculas non laudo, & credo melius eſſe radices tales ſimplices vel præparatas exhibere, quia in pręparatione fęcularum de vi & virtute medicâ multum deperdunt.

FECULA RAD. ARI, bereite Aronwurtzel/ (1. Loht 16. fr.) Commendati uſus eſt in cruditate acida, unde in morbis ex illâ oriundis, ſtomachicis, hypochondriacis, aſthmaticis, hydropicis egregii eſt ſucceſſus, hinc ſi velis ordinare pulveres ſtomachicos hepaticos, non inconſultè ſemper addere poteris Feculas rad. Ari, ſed ut dixi, melius eſt ſubſtituere radicem crudam pulveriſatam vel præparatam: ℞. *Rad. ari acris* ℥ß. *piper. nigr. Zingib. aa.* ʒß. *flor. Sal. armon.* ʒij. *ol. deſtill. calam. aromat. vel. fænicul. menth.* ℈ß. *miſc.* F. Pulvis, qui egregius erit.

FECULA BRYONIÆ, bereite Stickwurtzel/ (1. Loht 16. fr.) Additur pul-

 veribus

Digitized by Google

veribus digerentibus & menſes moventibus ſolet externè etiam partibus paralyticis linteis duplicatis calidè imponi.

Fecula Iridis, bereite blaue Schwertelwurtzel/ (1. Loht koſtet 16. kr.) Convenit cachecticis & hydropicis, nec non aſthmaticis, doſis ℈j.

Fecula Poeoniæ, bereite Peonienwurtzel/ (1. Loht 24. kr.) Eſt antiſpaſmodicum, hinc infantibus dentientibus contra terrorem in ſomno dari poteſt.

Fecula Serpentariæ, bereite Natterwurtz/ (1. Loht 14. kr.) Eſt vulnerarium egregium & alexipharmacum, hinc vulneribus venenatis multum prodeſt.

FARINÆ tam in formâ ſiccâ quàm humidâ externè applicantur: in ſiccâ. quando in inflammationibus miſcentur cum mediis corticibus ſambucis & calidè imponuntur, In humidâ, quando cataplaſmata immiſcentur pro diſcutiendis tumoribus.

Farina Fabarum, Bohnen Mähl/ (1. Pfund 16. kr.) Exſiccat ulcerum & vulnerum excedentem humiditatem.

Farina Foenu græci, Fönugräc-Mähl/ (1. Pfund 16. kr.) Frequentiſſimè immiſcetur cataplaſmati propter vim emolliendi humores & maturandi.

Farina Glandium, Eicheln Mähl (1. Loht 2. kr.) Quia adſtringit externè ſolet adhiberi, ne humores nimium irruant ad partem affectam.

Farina Lupinorum, Feigbohnen-Mähl/ (1. Pfund 12. kr.) Habet vim anodynam, & reſiſtit putredini.

Farina Oryzæ, Reis-Mähl/ (1. Loht 2. pfen.) Juſcula ex eâ parantur & pultes in diarrhœâ & dyſenteriâ aliiſque ſiſtendis profluviis.

Fel Vitri, Glaßgall/ (1. Loht 1. kr.) Sunt ſcoriæ & excrementa iſtius materiæ, ex quâ vitra conficiuntur, ſaporis ſubſalſi, rarioris tamen uſus in medicinâ, niſi velis pulverem pro dealbandis dentibus exinde parare.

Fel Tauri, Ochſengall/ (1. Loht 8. kr.) Infantibus lumbricitantibus conſultò externè inungitur umbilico & in alvi tarditate ingreditur clyſteres: ℞. *Fiel de bœuf. Eſp. de ſouphre, Eſponge brûle aa.* ℥j. *Pomat. de mouton.* Mélez tout enſemble en forme d'argent, dont il s'en faut engraiſſer le ſoir allant coucher les lentilles, & le matin il ſe faut laver avec de l'eau des fraiſes.

FLORES.

FLORES in tres Claſſes commodè redigi poſſint, quarum 1. contineat flores inodoros, e. g. *Cyani, Aquileg. Nymph. &c.* 2. Claſſis depromit flores odoratos quidem ſed ſuperficietenus, e. g. *Flores Jaſmini, Roſar. Violar. Caryophyllor. &c.* ex quibus cum oleo v. g. Been ſtratificatione ſuaviſſimum Oleum habetur pro uſu Coſmetico. 3. Claſſis eſt Florum odorato-

rum

rum aromaticorum, quorum vis eſt concentrata, ut *Thym. Serpill. &c.* ejusdemque naturæ cum foliis aromaticis.

FLORES ACACIÆ, Schlehenblüht/ (1. Loht 2. kr.) Inſigne ſunt pectorale & benignum laxans, unde Infuſis commodè immiſcentur.

FLORES ANTHOS, Roſmarinblumen/ (1. Loht koſtet 8. kr.) Cephalicum ſunt ſubtile & pulveribus ſternutatoriis immiſcentur utiliter. Præparatur ex iis Aqua Reginæ Hungariæ, quæ cephalicum & nervinum inſigne eſt extus & intus.

FLORES AURANTIORUM, Pomerantzenblüht/ (1. Loht 6. kreutzer.) Aquam Naphæ præbent in partu difficili ſummè laudatam. Extus coſmeticum uſum præſtant.

FLORES BELLIDIS, Maßlieben/ (1. Loht 4. kr.) Sunt pectorale antiphthiſicum expertiſſimum. Mindererus laudat eos iis, qui in cautè corpore æſtuante frigidam hauſerunt. Confortant viſcera laudabiliter.

FLORES BORRAGINIS, BUGLOSSÆ, Borragen. Ochſenzungen-Blümlein/ (1. Loht 4 kr.) Inſigniter humores acres, ut bilem atram, temperant, ſpiritus reficiunt & melancholicis commodè, præſertim ſi Infuſo eorum vis ſaltem ſubtilior communicetur, præſcribuntur.

FLORES CONSOLIDÆ REGALIS, Ritterſpörlein/(1. Loht 2. kreutz.) Diuretici ſunt & renes purgant.

FLORES CALENDULÆ, Ringelblumen/ (1. Loht 2. kr.) Sicut Crocus habent, vim cordialem & ſummè attenuantem, hinc deobſtruens inſigne uterinum, præſertim in ſuppreſſione menſium, quorum odorem juxta Riverium referunt, Hinc ſit ordinandum Vinum medicat. pro ciendis menſibus: ℞. *Herb. puleg. flor. anthos, calend. aa. P. j. baccar. laur. ℥iij. cinamom. acerrim. ℥ß. croc. integri* ℈ß, inciſa dentur ad nodulum pro Vino uterino, cujus primus hauſtus ſumitur in cœnâ vel prandio.

FLORES CARTHAMI, Flor/ wilder Saffran/ (1. Loht 1. kr.) Rarioris ſunt uſus in medicinâ, crebrius autem uſurpantur à tinctoribus, hinc in Thuringia integri campi illis referti conſpiciuntur.

FLORES CHAMOMILLÆ ROMAN. Römiſch Chamillenblumen/ (1. Loht 3. kr.) Vix erit formula, quæ pro fotu autem doloris ſedatione præſcribitur, quam non hi flores ingrediantur, reſolvunt enim egregiè & dolores leniunt.

FLORES CHEIRI, gelbe oder Nägelein Violen/ (1. Loht 4. kr.) Sunt uteri ſolatium, & in movendis menſibus, partu, lochiis multum præſtant.

FLORES CYANI, blaue Kornblumen/ (1. Loht 2. kr.) In ophthalmia poſſunt ordinari cum fructu, nec non in ſuffuſione, & in defectu viſus, ubi ſequens Decoctum erit egregium: ℞. *Herb. malv. biſmalv. euphraſ. chelidon. aa. M. ij. flor. chamom. cyani, melilot. aa. M. ß. Sem. lin. fœnugræc. aa.* ℥ß.

Digitized by Google

aa. ℥ß. coque in *aquâ fontanâ* vel *Vino, ultimo cum Spiritu Vini*, & fumus excipiatur oculis per infundibulum.

FLORES FABARUM, Bohnenblühe/ (1. Loht 2. kr.) Sunt coſmetici, aliàs vix ſunt in conſideratione.

FLORES GENISTÆ, Ginſtern- oder Pfrimmenkraut Blumen/ teutſche Cappern/ (1. Loht koſtet 1. kr.) in morbis ſpleneticis poſſunt uſurpari.

FLORES LILIORUM CONVALL. Meyenblumen (1. Loht 2. kr.) Sunt cephalici, reſtaurant memoriam, in uſu ſunt pro conficiendis pulveribus ſternutatoriis: E. g. ℞. *Herb. beton. flor. lil. convall. aa.* ʒß. *pulv. fol. tabac.* ʒij. *ambr. gran. ij. vel iij. miſ.* F. Pulvis.

FLORES LILIORUM ALBOR. weiſſe Lilien/ (1. Loht 3. kr.) promovent partum & fluxum lochiorum, conveniunt etiam in affectibus thoracicis, aſthmaticis, &c.

FLORES LAVENDULÆ, Lavendel Blumen/ (1. Loht 4. kr.) Confortant viſum, capiti & utero ſunt dicati.

FLORES HYPERICI, St. Johannskraut Blumen/ (1. Loht 2. kr.) Creduntur fugare dæmones & ſpectra, alias necant lumbricos, demulcent dolorem, tumores, hæmorrhoides diſcutiunt.

FLORES LIGUSTRI, Hartriegel Blumen/ (1. Loht 1. kr.) Vid. *Flores Balauſt.*

FLORES MALVÆ. Mund- oder Maul-Roſen/ (1. Loht 2. Kr.) Sunt anodyni.

FLORES MELILOTI, Steinklee Blumen/ (1. Loht 1. kr.) Vid. *Flor. Balauſt.*

FLORES NYMPHEÆ, Seeblumen/ (1. Loht koſtet 2. Kr.) In morbis cerebri calidis, ut cephalalgiâ bilioſa, phrenitide cum aliis epithema conſtituere poſſunt, e. g. ℞. *Fl. nymph. melilot. roſ. rubr. aa. P. j. Summit. aneth. M. ß. Sem. lactuc. papav. alb. aa.* ʒij. *Ol. papav.* ℈ij. *nucl. perſic. num. x. ſucciſa groſſ. d. S.* Species zwiſchen einem Tuch auff die Stirn zu binden. Poſſunt parùm aſpergi prius aq. epilept. Lang.

FLOR. PAPAVERIS ERRATICI, Klapper Roſen/ (1. Loht 2. kr.) Habent vim anodynam, hinc conveniunt in vigiliis, ophthalmiâ & tuſſi ferinâ, pleuritide, &c.

FLOR. PERSICORUM, Pferſingblühe/ (1. Loht 4. kr.) Habent vim lubricandi alvum, hinc præparatur ex illis commodus ille ſyrupus florum perſicorum.

FLOR. POEONIÆ, Peonien Blumen/ Gicht Roſen/ (1. Loht 2. kr.) Conveniunt in affectibus ſpaſmodicis tam cerebri quàm uteri.

FLOR. PRIMULÆ VERIS, Schlüſſelblumen/ (1. Loht 2. kr.) Multùm ipſis tribuitur in paralyſi, apoplexiâ, tuſſi, raucedine.

FLORES ACACIÆ, Schlehenblüht/ (1.Loht koſtet 2. fr.) Adhibentur à muliercul is pro laxatione alvi, quando recentes ſunt, ut melius hoc negotium procedat, pro pauperibus ordinari poſſunt in anaticâ portione cum abſynth. & vinum illis ſuperaffundi poteſt, fitque vinum medicatum.

FL. ROSARUM ALBAR. weiſſe Roſen/ (1.Loht 2.fr.) Recentes laxant, nocent ſtomacho, quem nimis humectant.

FLOR SALVIÆ, Salbeyblüht/ (1.Loht 4.fr.) Sunt magni nominis in affectibus cerebri frigidis & uteri, qui nimirum ſpaſmos & convulſiones habent conjunctos: e.gr. ℞. *Rad. acori, angel. aa.* ℥ß. *flor. ſalv. anthos. aa. P.j. Sem. fœnic. cubeb. aa.* ʒij. *nuc. moſch.* ʒß. *Sacch. alb. ad pondus omnium*, adde *Ol. deſtill majoran. ſuccin. aa. gutt. iij. miſc.* F. Pulvis.

FLORES SAMBUCI, Hollunderblüht/ (1.Loht 1.fr.) Conveniunt in colicâ, & quia reſolvunt in eryſipelate.

FLOR. SCHÆNANTHI, Cameelheu, oder Stroh-blumen/ (1. Loht 12. kreutzer) movent menſes.

FLOR. SPICÆ, Marien Magdalenen Blumen/ (1.Loht 3.fr.) Dicati ſunt ventriculo & hepati, in affectibus illorum frigidis, necnon utero, adeoque in partu difficili ſolent ordinari.

FLOR STOECHADIS, Stechasblumen/ (1.Loht 4.fr.) Sunt medicamentum traumaticum & nervinum.

FLOR. TILIÆ, Lindenblüht/ (1.Loht 2.fr.) Calefaciunt cerebrum, & ingrediuntur ſpecies pro cucupha.

FLOR. TUNICÆ, Graßblumen/ (1.Loht 6.fr.) Conveniunt cordi & cerebro, reſtaurant etiam ſpiritus vitales & animales.

FLOR. VERBASCI, Wullkrautblumen/ (1.Loht 2.fr.) Mitigant dolores, hinc in arthritide poſſunt adhiberi.

FLOR. VIOLARUM, Violen/ (1.Loht 2.fr.) Laxant & urinam pellunt, externè ingrediuntur epithem. in dolore capitis.

FLOR. URTICÆ, Brenn-Neſſel Blumen/ (1.Loht 2.fr.) Sedant hæmorrhagias.

FLORES CHYMICI.

FLORES ANTIMONII, Spießglaßblumen/ (1.quintl. 8.fr.) Vide Schröderum, ſunt rarioris uſus, quia vehementius ἄνω & κάτω purgant, hinc in ſubſtantiâ rariſſimè poſſunt ordinari, quamvis in infuſione in nonnullis caſibus, ubi in vino ad gr. iv. vel v. infunduntur.

FLOR. BENZOIN, wolriechend Aſand-blumen/ (1.quintl. 1. Gulden/ 1.Gran 1.fr. 2.pfen.) Conveniunt in Catharris, aſthmate & menſium ſuppreſſione.

FLOR. NITRI, Salpeterblumen/ (1.Loht 4.fr.) Sedant ſitim, hinc in febribus ardentibus in uſum vocantur, medentur etiam anginæ.

Flores

Digitized by Google

FLORES SULPHURIS, Schweffelblumen. Sunt vel *ſimplices*, (1.Loht 10.fr.) vel *compoſiti*, (1.L. 24.fr.) Compoſiti vulgò fiunt cum *aloë*, *myrrhâ*, *benzoin*, (1.L.16.fr.) ſed nihil valent, quia tantùm abeſt, ut aliquid de ipſorum ſubſtantiâ ſublimetur, quin potius in fundo vaſis comburantur, & empyreuma acquirant. Sunt etiam, qui volunt componere flores ſulphuris ſaccharinos, ſed malo rurſus conſilio, quia ab acrimoniâ ſulphuris ſaccharum comburitur, unde flores ſulphuris ſublimati ſpirant fœtorem, ſaccharumque combuſtum in fundo relinquunt. Habent laudabilem uſum in affectibus pectoris & pulmonum: hinc à Chymicis vocantur Balſamum pulmonum, ſed illud eſt intelligendum de parte ſulphuris pingui non acidâ, quæ plus nocet pulmonibus, cæterum ſunt egregium alexipharmacum anticatharrale, ſi oriantur catharri à lymphæ acrimoniâ, idcircò in phthiſi multum faciunt. E.g. ordinentur hoc modo in phthiſi: ℞. *Pulmon. vulp. præpar. ʒvj. flor ſulphuris ʒij. Sacch. roſ. tab. ʒx. ol. ſtillat. aniſ. fœnic. aa. gutt. iv. vel vj. miſc.* F. Pulvis D. ad Scat. Externè etiam multùm valent in ulceribus & vulneribus tam benignis quàm malignis, unde veneno peſtilentiali vehementer reſiſtunt. Porrò abigunt ſcabiem, & unicum ſunt remedium, quo ſcabies citò & feliciter tolli poteſt, ut autem eò felicius utamur illis, nec timeamus retropulſionem, acuere illos debemus cum *Ol. Tartari* per deliquium, & unguentum inde parare, quod nunquam fallet, & quamvis ſcabies jam velit degenerare in lepram & ipſam elephantiaſin, nihilominus perfecta cura inſtitui poteſt ſi internè propinentur antimoniata & viperina, externè verò ſulphurata, ſic ſuaviſſimum medicamentum contra ſcabiem hoc modo poteſt præparari: ℞. *Ung roſ. ℥ß. flor. ſulph. ℈j. ℈ij. vel ʒj.* prout nunc plus vel minus operari debet, adde parum *Ol. Tartari* per deliquium, *miſc.*

FOLIA.

FOLIA SENNÆ MUNDATA, gereinigte Sennetblätter/ (1.L.4.fr.) id eſt, purgata à ſtipitibus. Sunt purgans panchymagogum, dantur in ſubſtantiâ & infuſione vel e.g. *Decoct. fol. Senn. Mynſ.* adde *Pulv. jalap.* ℈ß. *miſc.* pro unâ doſi.

FOLIA LAURI, Lorbeerblätter/ (1. Loht 2.fr.) Inſigne ſunt carminativum aromatici odoris. Pro coquendo capite apri uſurpantur.

FOLIUM INDUM, Indianiſch Saamkraut/ (1.Loht 6.fr.) Dicitur corruptè malabathrum, innatat aquis inſtar lentium paluſtrium, fabulantur, quòd careat radice, quod tamen falſum, ſunt enim & ipſis lentibus paluſtr. ſuæ radices. Poteſt excludi è materiâ medicâ.

FOLIA QUERCUS, Eichenblätter/ (1.Loht 2.pfen.) Utilia ſunt in Inſeſſibus pro præcavendo abortu.

Folia

FOLIA SAMBUCI, EBULI, Holderblätter / (1. Loht 2. pfen.) Attichblätter/ (1. Loht 1. pfen.) Extus utiliter tumoribus eryſipelaceis imponuntur; cymata novella purgant & vomitum cient.

FOLIA VITIS, Rebenlaub/ (1. Loht koſtet 2. pfen.) Surculi novelli vitis cum foliis deſtillati expertum ſunt in partu difficili.

FUNGI SAMBUCI, Holderſchwämm / (1. Loht 4. kr.) Laudantur in catharris.

G.

GALANGA MAJOR & MINOR, groß Galgant/ (1. Loht 3. kr.) klein Galgant/ (1. Loht 6. kr.) Hæc eſt efficacior, quod ex odore facilè colligitur, referuntur inter aromata fortiora, & æmulantur zingiber & piper: Valent contra cruditates ventriculi: inprimis ubi adeſt præſentia flatuum & ventriculus muco acido obruitur, quo nomine etiam menſes movent.

GALLÆ TURCICÆ, Türckiſche Galläpffel/ (1. Pfund 20. kr. 1. Loht 1. kr.) Sunt rarioris uſus, præbent tamen arcanum pro experimentandis acidulis, ſi enim velimus ſcire, utrum acidulæ ſecum ferant Vitriolum, tunc Decoctum gallarum ipſis inſtillatur, ubi in momento quaſi acidulæ nigreſcunt, Vitriolum in fundum præcipitatur, & ſpectatoribus ſummam admirationem parit, qui ex inſtillatione paucarum guttularum decocti iſtius liquorem nigreſcere vident.

GALLIA MOSCHATA, (1. quintl. 2. Guld. 30. kr.) Vide Diſpenſatorium Auguſtanum.

TUNICÆ VENTRICULI GALLINARUM, die innere Häutlein von den Hüner-Mägen/ (1. Loht 4. kr.) Reſtaurant fermentum ventriculi, adeoque in anorexiâ ſæpius ordinantur.

GELATINA CORNU CERVI, (1. Loht 4. kr.) non poteſt diu ſervari, quin non propter Sal volat. & Ol. quo ſcatet, putreſcat: Eſt in uſu in febribus malignis, dyſenteriâ, peſte: poteſt ʒj. ad ℥ß. pro unâ vice dari in juſculo vel potu ordinario.

GALAPPA, (1. Loht 6. kr.) Eſt famoſum hydragogum, debet ſemper recens contundi, ne partes ſpirituoſæ evaneſcant, datur in formâ ſiccâ & fluidâ, doſ. eſt ℈j. ad ʒj. ℞. *Pulv. jalapp.* ℈j. *Tartari Vitriolat. gr. viij. Diagryd. gr. iij. ol. ſtillat. maceris gutt. ij. miſc.* F. Pulvis. Eſt etiam commodiſſimum purgans pro infantibus, qui quot annorum ſunt, tot grana ipſis propinanda: E. g. ℞. *Pulv. jalapp. cremor. Tartari aa. gran. vj. vel viij. miſc.* Datur Infanti quinque annorum, ſic ſine moleſtiâ purgabitur. Quando præſcribis pro nodulo vino injiciendo non facilè quid communicat de vi catharticâ, quæ jactura tota evitari poteſt, ſi prius imprægnatur ſpir. vini tartariſato & tunc præſcribendum: ℞. *Pulv. jalapp. Spir. vini irrorat. &c.*

Digitized by Google

GLACIES MARIÆ ſeu LAPIS SPECULARIS, vocatur ita, quia credunt Mariam illo uſam fuiſſe, vulgò Frauen-Eiß/ adhibetur à Chirurgis in ſanandis ulceribus ſordidis, prodeſt in partu difficili, & eſt arcanum Principis Hannoviæ, contra epilepſiam ad ℈ß. *vel* ℈j. ter exhibitum, interpoſito ſemper ſex horarum ſpatio.

GRANA CHERMES, (1. Loht 6. kr.) vide Lit. C.

GRANA PARADISI, Paradiß-körner/ (1. Loht 1. kr.) Sunt fructus Cardamomi maximi, confortant cerebrum, cor, ventriculum & uterum.

GRANA DILLI vel SEMEN RICINI AMERICANI, (1. Loht 16. kr.) Agyrtæ & Ruſtici illis utuntur pro purgatione, quam vehementiſſimè ἄνω & κάτω exercet, ſi ad gran. j. vel ij. detur.

GRANATUS PRÆPARATUS, bereit Granat/ (1. Loht 20. kr.) Eſt alexipharmacum, & reſiſtit melancholiæ.

GUMMATA VARIA.

GUMMI AMMONIACUM, der beſte Ammoniac von Cyrene/ (1. Loht koſtet 6. kr.) Eſt ſpleneticum, liberat enim lienem ab infarctu humorum viſcidorum, convenit etiam in aſthmate, & ubi bronchia ſunt obſtructa: ℞. *Emplaſt. de Cicuta, diachyl. cum gum. aa* ℥j. *gumm. ammon. in acet. ſquillit. ſolut.* ʒj. *ol. carminat deſtill.* ℈j. *D.* F. Emplaſtrum.

GUMMI ANIMÆ, ein frembd wohlriechend Indianiſch Gummi/ (1. Loht 8 kr.) transfertur ad nos ex Hiſpania, convenit in defluxionibus catharralibus: pulvis pro ſuffitu adhibeatur. ℞. *Gumm. animæ* ʒij. Contuſum detur groſsè. S. Fluß-Pulver zu beräuchen.

GUMMI *ARABICUM*, Dinten Gummi / gemein Gummi/ (1. Pf. 24. kr.) Vile aliàs eſt, nihilominus arcanum pretioſiſſimum continet.

GUMMI *CARANNÆ*, (1. Loht 10. kr.) In dolore dentium temporibus imponitur, ubi à defluxionibus oritur, nec non quando oculi humoribus catharralibus inebriantur. E. g. ℞. *Gumm. carann. maſtiches. aa.* ʒj. ducantur ſuper alutam. fiant Empl. num. ij. D.

GUMMI DE *PERU*, *ſive GUMMI GUTTA*, ein ſtarck purgierend außgetrückneter Säfft auß dem Königreich Parano in Oſt Indien / (1. Loht 12. kr.) Affertur ex regno Peru, ſerum cum pituita potenter expurgat, ſi qui libenter purgant vehementius, poterint ſibi quaſi univerſale purgans hoc modo parare: ℞. *Gumm. gutt. gran. xij. Aq. cinam.* ℥j. *julep. parùm miſc.* F. Potio. S. Purgier-Tranck auff einmahl zu nemmen.

GUMMI *ELEMI*, Gummi von wildem oder Aethiopiſchem Oelbaum/ (1. Loht 8. kr.) Chirurgi eo utuntur ad mundificanda ulcera vel vulnera, & inprimis ad generationem puris.

GUMMI *GALBANUM*, auß der Syriſchen Ferula, (1. Loht 6. kr.) Ingreditur pilulas antimelancholicas & phlegmagogas, inſuper in paſſione hy-

ſterica

ſtericâ, menſium ſuppreſſione, morbis convulſivis & ſoporoſis egregiè convenit. Vid. ſuprà *Extracta*.

GUMMI *GUAJACI*, Gummi von Frantzoſenholtz / (1. Loht koſtet 24. kr.) Prodeſt in arthritide, dolore dentium, catharris, & morbis ex lymphâ acidâ oriundis.

GUMMI JUNIPERI, Wachholder Gummi / trockener Firniß / (1. L. 3. kr.) Corrigit aërem venenatum & movet urinam.

GUMMI LACCÆ, Lack / (1. Loht 4. kr.) Reſiſtit gingivarum laxitati, & dentes vacillantes firmat.

GUMMI LADANUM, (1. Loht 4. kr.) Eſt anticatharrale & ſtomachale: Externè tumores emollit & digerit.

GUMMI OPOPANAX, Gummi von Panace Syriaco, (1. Loht 8. kr.) Ingreditur emplaſtra emollientia.

GUMMI SARCOCOLLA, Fleiſchleim / (1. Loht 4. kr.) Utuntur eâ Chirurgi in fracturis & vulneribus conſolidandis.

GUMMI SAGAPENUM, Sirapin Saff auß der Mediſchen Ferula, (1. Loht koſtet 6. kr.) Eſt hydra & phlegmagogum.

GUMMI TACAMACHACA, (1. Loht 8. kr.) Vid. *Gummi Caranna*. Imponitur enim eodem modo temporibus in defluxionibus ad oculos & dentes, in dolore capitis, dolore arthritico, magnum enim affert levamen.

GUMMI TRAGACANTHUM, weiß Tragant / (1. Loht 6. kr.) Utuntur eo Pharmacopæi in parandis trochiſcis, in fiſſuris mammarum lactantium in formâ linimenti egregiè convenit, nec non ubi Lympha catharralis ita pectus occupat, ut ſuffocatio metuatur.

H.

HEPAR LUPI, bereitte Wolffsleber / (1. Loht 8. kr.) Eſt ſpecificum in colica, cachexia, aliiſque morbis hepatis frigidis, doſ. ʒj.

HERBÆ.

De Herbis fortè non opus erit plura addere, quàm virtutes & morbos illos, in quibus ſpecialius convenire videntur, partim quia modum ordinandi & præſcribendi hinc inde tradimus ſub eorum præparatis, partim etiam quia eundem aliquatenus ſub calce literæ H. ſubnecturi ſumus, quomodo nunc decocta, nunc ſpecies aliaque conſtituant, in morbis capitis, thoracis, abdominis, &c. iiſque frigidis & calidis: Sit ergò juxta ſeriem alphabethicam primò

HERBA *ABSINTHIUM*, gemeiner Wermuht / Wiegenkraut / (ein Handvoll / wie auch übrige nachfolgende Kräuter / koſtet 1. kreutz.) Stomachicum eſt excellen- & anticachecticum.

HERB. *ACETOSA*, Saurampffer / & *ACETOSELLA*, Saurklee. In febribus malignis & peſte commodum præbent remedium. Acetoſæ folia vel ex ſignatura morſum canis rabidi curant.

Digitized by Google

HERBA *AGRIMONIA*, Odermennig/ Agermennig/ Bruchwurtz/ Leberkletten/ (ein Handvoll / und folgende Kräuter / koſtet 1. kreutzer.) Jovialis eſt planta ſanguinem in debitâ craſi conſervans & corrigens, deobſtruit meſenterium aliaque obſtructa viſcera reſerat.

HERB. *AMARA DULCIS*, Je länger je lieber. Aquam hydropicorum educit.

HERB. *ANAGALLIS*, Gauchheil / Colmarkraut / Vogelkraut. Eſt ſpecificum in maniâ & melancholiâ, ſuccus expreſſus naribus inditur, creditur convenire in raucedine.

HERB. *ANETHUM*, Dill. Propter vim carminativam additur clyſteribus in colica, externè ſedat dolorem capitis fronti impoſitum.

HERB. *APIUM*, Peterſilien/ GartenEppich. Mundificat egregiè vulnera, valet contra morbos ex exulceratione quadam ortos,

HERB. *ARTEMISIA*, Beyfuß/ St. Johanns Gürtel. Eſt laudabile vulnerarium, promovet menſes, partum & fœtus mortui excluſionem.

HERB. *ARISTOLOCHIA*, lange Holwurtz. Mundificat ulcera ſordida.

HERB. *BETA ALBA*, weiß Mangolt/ Römiſch Kohl. Convenit in dolore capitis, catharris, ſi ſuccus expreſſus naribus indatur.

HERB. *BETULA*. Tempore vernali ſolent nonnulli curam contra ſcabiem ferinam inſtituere cum ſucco betulæ, qui gradatim bibitur, den einen Tag ein/ den andern zwey/ den dritten Tag drey Gläßlein/ꝛc.

HERB. *BETONICA*, braun Betonien. Inter cephalica non ultimum eſt, hinc multi uſus in apoplexia, vertigine, morbiſque ſpaſmodicis, & cùm ſimul ſit carminativum, convenit in languore ventriculi, menſium ſuppreſſione, &c.

HERB. *BORRAGO*, Burretſch. Eſt cordiale, quo vires reſtaurari poſſunt.

HERB. *BRANCA URSINA*, gemein Bärenklau / Bärentaz. Diſcutit & dolores ſedat.

HERB. *BRYONIA*, Teuffelskirſchen/ Zaunrüben/ Stickwurtz/ Sauwurtz. Valet contra cachexiam & hydropem, ordinatur etiam ſæpiſſimè ad provocandos menſes, & expulſionem fœtus.

HERB. *BUGLOSSA*, Ochſenzung. Vide *Borrago*.

HERB. *BURSA PASTORIS*, Teſchelkraut/ Seckelkraut/ Blutkraut/ Hirtenſeckel. Habetur pro ſpecifico in partu difficili.

HERB. *CALAMINTHA*, Ackermüntz/ Feldmüntz/ wilder Poley/ Calament. Eſt laudabile ſtomachicum uterinum, diſſipat etiam flatus.

HERB. *CALENDULA*, Ringelblumen/ Goldblumen. Inter menſes moventia & alexipharmaca refertur.

HERB. *CARDIACA*, Hertzgeſpannkraut. In hypochondriorum inflatione adhiberi poteſt.

Herba

Digitized by Google

HERBA *CHÆREFOLIUM*, Körbelkraut/ (Jedes 1. Handvoll koſtet 1. kr.) Magni nominis eſt in hydrope, calculo propter vim diureticam.

HERB. *CHAMÆDRIS*, groß Bathengel/ blau oder wild Gamanderlein. Juvat in obſtructione nervorum, nec non viſcerum, inprimis lienis & hepatis, quo nomine evadit egregium antiarthriticum.

HERB. *CHAMOMILLA*, gemeine Camillen. Diſcutit flatus in colica, conducit multùm in inflammationibus.

HERB. *CHELIDONIUM MAJUS*, Schellkraut/ Schwalbenkraut/ Goldwurtzkraut. Laudatur in morbis oculorum, hepatis affectibus.

HERB. *CICHORIUM*, Wegweiß/ Wegwart/ Sonnenwirbel/ Sonnenkraut oder Sonnenwendel. Eſt hepaticum frigidum.

HERB. *CICUTA*, Schirling/ Wüterich/ Dollkraut. Frequentiſſimè externè uſurpatur in obſtructione & morbis lienis.

HERB. *CONSOLIDÆ SPECIES*, Wallwurtzkraut/ Schwartzwurtzkraut. Comminuunt calculum, & urinam movent.

HERB. *CUSCUTA*, Flachsdotter/ Flachsſeiden/ Filtz- oder Seidenkraut. Aperit & obſtructionem viſcerum præprimis lienis tollit.

HERB. EBULUS. Eſt laudatiſſimum diaphoreticum.

HERB. *ENDIVIA*, Endivien. In febribus ardentibus multùm præſtat, pro ſedando æſtu & calore.

HERB. EUPATORIUM, Odermennig. Eſt celebre vulnerarium, juvat in menſium obſtructione, confortat etiam hepar.

HERB. *EUPHRASIA*, Augentroſt. Jam habet uſum commendatum in roboratione viſus & cerebri.

HERB. FILIX, Waldfarrn/ Farrnkraut. Facilè occupat primas inter aperitiva & vermibus obverſantia.

HERB. *FRAGARIA*, Erdbeerkraut. Eſt diureticum & nephriticum.

HERB. FUMARIA, Daubenkropff oder Köbel/ Erdrauch/ wilde Rauten. Convenit in intemperie ſanguinis melancholicâ, hinc in ſcabie & ferè omnibus morbis ſpleneticis convenit. Eſt etiam ſpecificum contra variolas & morbillos.

HERB. *GALLIUM*, Gallion/ Unſer Frauen Beitſtroh/ Wegerkraut oder Wegſtroh. In calculo commendatur.

HERB. GRAMEN, Quecken/ Graß. Convenit in morbis à cachexiâ oriundis, uti hydrops, menſium ſuppreſſio, cholorofis, &c. in difficili reſpiratione etiam poteſt præſcribi.

HERB. HEDERA TERRESTRIS, Gundelreben/ Donnerreben/ Gundreben/ ErdEphen. Eſt nobile ſimplex non contemnendum pro ſcopo præſervationis à calculo, eſt etiam panacea pectoris, poteſt enim in omnibus ferè affectibus thoracis dari.

Digitized by Google

HERBA *Hepatica ſtellata*, Sternleberkraut / Waldtkraut / (Jedes 1. Handvoll koſtet 1. kr.) Vulgus eâ plus utitur, quàm Medici. Suaviſſimum Infuſum præbet Maji tempore.

Herba Herniaria, Tauſendkörner / Harnkraut / Bruchkraut. Valet in hernia & calculo renum, teſte Poterio.

Herba Hyoſcyamus, Bilſenkraut / Schlaffkraut / Säubohnen / Ziegeunerkraut / Dollkraut. Stupefacit & ſomnum inducit. Vid. Select. Remed. è Tribus Regn. D. Em. König.

Herb. Hypericum, St. Johannskraut. Celebratur contra incantatiões, eſt præſtantiſſimum vulneratium & antiſpaſmodicum.

Herb. Hyſſopus, Yſop / Hyſop. Convenit in affectibus aſthmaticis & tuſſi phthiſica, in menſium ſuppreſſione ſæpiſſimè præſcribitur.

Herb. Lactuca, Lattich. Refrigerat in febribus, acrimoniamque humorum enervat.

Herb. Lapathum acutum, Mengelwurtz / Grindwurtz / wilder Ampffer / Lendenkraut. Scabiei adverſatur, & ſanguinem purificat. Eſt laudatum alexipharmacum & pro ſcopo expellendi variolas ordinatur.

Herb. Leviſticum, Liebſtöckel / Badkraut. Eſt carminativum, hinc in affectibus uterinis & flatulentis celebre.

Herb. Linaria, Stall oder Harnkraut / Leinkraut / wilder Flachs. Ex hac paratur celebre illud unguentum proficuum in dolore hæmorrhoidum, pro cujus arcani communicatione, quidam Medicus Haſſiæ à Principe ſingulis annis accepit bovem ſaginatum; eſt valde ſimilis eſulæ, in eo ſaltem differt, quod eſula lacteſcit, ſine lacte linaria creſcit. Eſula lacteſcit, ſed dat linaria laurum.

Herb. Liguſtrum, Hartriegel / Beinholtz / Mundholtz. Propter vim adſtringendi conſtituit gargariſmos in dentium vacillatione & dolore, putredine gingivarum, in angina & uvulæ relaxatione.

Herb. Melilotus, Steinklee / edler Steinklee / Honigklee. Sedat dolores, emollit & ſuppurat.

Herb. Lupulus, Hopffen. Diureticum & ſpleneticum eſt.

Herb. Malva, Haſenpappeln / Pappeln / Käßpappeln. Pro ſcopo humectandi immiſcetur clyſteribus, pro emollitione autem & ſuppuratione cataplaſmatibus.

Herb. Matricaria, Mettern / Metram / Meter oder Mutterkraut. Eſt ſtomachicum & uterinum.

Herb. Meliſſa, Meliſſen / Mutterkraut / Honigkraut / Bienſauch. Primum locum obtinet inter remedia uterina & hyſterica, vix enim remedium ordinatur in ſuffocatione uteri, aut menſium ſuppreſſione vel partu difficili, quòd non comitem habeat meliſſam.

Herba

HERBA *Mentha*, Bachmüntz/ Waſſermüntz/ (Jedes 1. Handvoll 1. kr.) In cruditate acida & morbis ventriculi multùm facit.

Herb. Mercurialis, Bingelkraut/ Wintergrün. Laxat alvum, & humectat, hinc frequentiſſimè immiſcetur clyſteribus.

Herb. Millefolium, Schafgarben/ Tauſendblat/ Garbenkraut. Eſt egregium vulnerarium & alexipharmacum.

Herb. Morſus Diaboli, Teuffels Abbiß. Antiſcorbutic. eſt & apertivum.

Herb. Naſturtium, Brunnenkreß. In ſcorbuto famoſum eſt.

Herb. Nicotiana, Nicotian/ Tabackkraut/ heilig Wundkraut. Eſt magni uſus in multis morbis, præſertim pro educendis aquis hydropicorum, in reſpiratione difficili laudatiſſimum eſt, excitat vomitum, externè in ſcabie, ulceribus ſordidis & tumoribus œdematoſis prodeſt.

Herb. Nummularia, Pfenningkraut/ Schlangenkraut/ Egelkraut/ klein Natterkraut. Non præſcribitur niſi in Infuſis traumaticis.

Herb. Nymphæa, weiß Seeblumenkraut. Sedat ſanguinis efferveſcentiam nimiam, hinc in febribus, inflamationibus & æſtu venereo conducit.

Herb. Origanum, Doſten/ Wolgemuht. Eſt nervinum, anticolicum, corrigens cruditatem acidam.

Herb. HOrminum, gemein Scharlach/ Scharleyen. Eſt antihyſtericum & anticolicum.

Herb. Parietaria, Tag und Nacht kraut/ St. Peterskraut/ Glaßkraut. In calculo & urinæ ſuppreſſione meretur laudem.

Herb. Periclymenum, Speck-Lilien/ Wald-Lilien/ Geißblat/ Zaun-Lilge/ Waldwinde. Aſtringit in partibus oris relaxatis, uvulâ, gingivâ, dentibus, ſic dari etiam poteſt contra ſputum cruentum.

Herb. Perſicaria, Flöhkraut/ Waſſerpfeffer/ Muckenkraut. Eſt in uſu coſmetico.

Herb. Vinca Pervinca, Singrün. Vix curatur vulnus, ubi ejus non fiat mentio.

Herb. Petroſelinum, Peterſilien/ Peterſilg/ Peterlein/ Garten Eppich. Eſt diureticum.

Herb. Pimpinella, Bibernell/ Bockspeterlein/ Steinpeterlein. Celebre eſt alexipharmacum, diſſolvit ſanguinis grumos, ſanat vulnera, & contuſiones, convenit in ſcabie, morbis thoracis, reſiſtitque febribus tam continuis quàm intermittentibus.

Herb. Polygonum, Wegtritt/ Weggraß/ Denngraß/ Blutkraut. Vide Liguſtrum.

Herba Potentilla. Genſerich/ (1. Handvoll 1. kr.) Pro ſcopo adſtrictorio in dyſenteriâ adhibetur, & ſunt, qui externè illam commendant, pro mitigatione caloris febrilis, ſi cum fermento plantis pedum imponatur.

Herba

HERBA *Primula Veris*, Schlüſſelblumenkraut/Himmelſchlüſſel/St. Peters Schlüſſel/ weiſſe Betonien/ (Jedes 1. Handvoll koſtet 1. kreuzer.) Egregium eſt nervinum, fugat lumbricos.

Herb. *Prunella*, Brunellen/ Gottheil/ St. Anthoni kraut. Aſtringit in relaxatione uvulæ, in anginâ, vulneribus & ulceribus.

Herb. *Pulmonaria arborea*, Lungenkraut/Baum Lungenkraut ſo an Eichbäumen wächſt. Contra phthiſin & hæmophthiſin ſolet exhiberi.

Herb. *Folia Quercus*, Eichblätter. Ingrediuntur gargariſmata in relaxatione uvulæ, dentium vacillatione & gingivæ putredine.

Herb. *Quinquefolium*, Fünffingerkraut/ Fünffblat. Eſt aſtringens & antiſcorbuticum.

Herb. *Raphanus*, Rettichkraut. Convenit in cruditate acidâ ventriculi & ſcorbuto.

Herb. *Rupertiana*, Storchſchnabel/Gotts Gnad/Rohtlauff. oder Gichtkraut/Ruprechtkraut. Recommendatur inter vulneraria & hæmorrhagiam ſiſtentia.

Herb. *Ruta hortenſis*, Weinrauten. Eſt cephalicum & ſtomachicum.

Herb. *Ruta muraria*, Maur Rauten/ Stein-Rauten. Eſt apertivum & antiphthiſicum. Inſeri hic poteſt muſcus clavellatus ſeu *Lycopodium*, cujus pulvis ad ſolem collectus in exſiccatione optimè tollit epilepſiam infantum à ℈ß. ad gran. xv.

Herb. *Folia Salicis*, Weidenblätter. Humectant, hinc ingrediuntur ſpecies pro balneis in tabe.

Herb. *Salvia*, Salbey. Eſt egregium cephalicum, uterinum, hinc adhibetur in morbis cerebri frigidis nec non defluxionibus frigidis.

Herb. *Sambucus*, Holder. Juli tempore vernali collecti & comeſti ἄνω & κάτω purgant, deinde evadit egregium diaphoreticũ in morbis malignis. De Julis Coryli heic notetur, ſi in vere colligantur, exſiccenturque ad ſolem, deponant etiam in charta pulviſculum flavum, qui meritò inter arcana epileptica referendus, datur à ℈ß. ad gr. xv. Cujus rei veritatem quotidie mihi deprædicat Paſtor aliquis, cui aliquando hoc arcanum revelavi, qui brevi tempore mille ruſticorum infantes ſe ſanaſſe dicit.

Herb. *Satureja*, Sadaney/Hünerfüll/Saturey/Sengenkraut. Uſurpatur in affectibus thoracis, inprimis tuſſi & raucedine.

Herb. *Saxifragia*, Steinbrech. Eſt vulnerarium non contemnendum, præſcribitur etiam in affectibus renum & veſicæ, ubi urina ſupprimitur.

Herb. *Scabioſa*, Scabioſen/Apoſtemkraut/Grindkraut. Eſt vulnerarium, promovens partum, laudatiſſimum pectorale, & ſæpiſſimè præſcribitur ut alexipharmacum.

Herb. *Intybum ſativum*, (Jedes 1. Handvoll 1. kr.) In morbis bilioſis refrigerat.

Herba

Digitized by Google

HERBA *Sempervivum*, (Jedes 1. Handvoll koſtet 1. kr.) Sedat bilem efferveſcentem, in linguæ ariditate ſuccus ejus linguæ illinitur.

Herb. *Senecio*, Kreutzwurtz/Grindkraut. Subadſtringit, hinc in gingivarum putredine & ſcorbuto oris prodeſt.

Herb. *Serpillum*, Quendel/ Künlein/Hünerkohl/wild Poley. Nobiliſſimum eſt in curandis catharris, & cerebri morbis frigidis, nec non uteri, hinc confortat egregiè memoriam, & ſpiritus animales reſtaurat.

Herb. *Solanum*, Nachtſchatten/Säukraut. Valet contra nimias vigilias.

Herb. *Stœchas citrina*, Rheinblumenkraut/ Motenkraut. Externè in ſuffimigio curat catharros ſeu defluxiones, eryſipelas, arthritidem vagam, &c. Internè fugat lumbricos.

Herb. *Tamariſcus*, Tamariſken. Eſt egregium ſimplex in corrigendâ intemperie ſanguinis craſſa viſcida & glutinoſa, hinc in affectibus hypochondriacis, menſium ſuppreſſione, &c. prodeſt.

Herb. *Tanacetum*, Reinfahrn/Wurmkraut. Multa præſtat in enecandis & expellendis lumbricis.

Herb. *Taraxacum*, Pfaffenblat/ Pfaffenröhrlein/Pfaffenſtiel/Löwenzahn/Mönchskopff. Ab hodiernis Medicis ſæpius ſolet præſcribi in tuſſi, reſpiratione difficili, tertianâ, &c.

Herb. *Thymus*. Eſt carminativum.

Herb. *Valeriana*, Baldrian. Eſt aperitivum in obſtructione viſcerum.

Herb. *Verbaſcum*, Wullkraut/ Königskertzen/ Unholdenkraut/ Brennkraut. Eſt nobile anodynum, ingreditur ſæpius clyſteres in colicâ & dyſenteriâ propter vim leniendi dolores.

Herb. *Verbena*, Eiſenkraut/Eiſenhart/Daubenkraut. Specificè dolorem capitis ſedare creditur.

Herb. *Veronica*, Ehrenpreiß Grundheil. Eſt alexipharmacum & ſudoriferum egregium, præſcribitur frequentiſſimè in morbis pectoris, potiſſimùm in tuſſi, phthiſi & reſpiratione difficili.

Herb. *Violaria*, Violenkraut/ Veilkraut/ braune Violen/Mertz Violen. Eſt vulnerarium, ingreditur etiam clyſteres humectantes & refrigerantes.

Herb. *Virga aurea*, gulden Wund kraut. Eſt egregium vulnerarium, calculum & urinam pellens.

Herb. *Vitis Folia*, Rebenlaub. Aſtringunt in dyſenteria.

Herb. *Urtica mortua*, taube Neſſel/ Häublein. Habetur pro ſpecifico in hydrope.

Herb. *Urtica urens*, Brenn-Neſſel. Eſt aperitivum in obſtructione viſcerum.

Herba Paris, Einbeerkraut/ Wolffskraut/ Sternkraut. Eſt alexipharmacum, ingreditur pulv. pannon. rubr, & baccæ adduntur theriacæ.

Herba Quinque emollientes, die fünff gemeine erweichende Kräuter/ als Althæa, Branca urſina, Malva, Mercurialis, Violaria, (1. Handvoll koſtet 1. kr.) Præſcribuntur ita conjunctim pro clyſteribus ad humectandam alvum obſtructam.

HERBÆ RARIORES.

HERBA *Abrotanum*, Stabwurtz/Gert- oder Schoßwurtz/Campherkraut. (Jedes 1. Handvoll koſtet 2. kr.) Confortat ventriculum, diſſipat flatus, hinc in colicâ ſæpius ordinatur.

Herb. *Abſynthium Ponticum*, Pontiſcher/ Welſch oder Garten-Wermuht. Eſt hepaticum & ſtomachicum egregium, fugat etiam lumbricos.

Herb. *Adianthum aureum*, gulden Wiederthon. Eſt aperitivum vulnerarium, valens contra defluvium capillorum.

Herb. *Aſarum*, Haſelwurtz. Eſt emeticum, datur ad ʒj. Sunt, qui fœtum mortuum eo expellere conantur.

Herb. *Baſilicum*, Baſilien. Eſt alexipharmacum & antiphthiſicum.

Herb. *Botrys*, Traubenkraut/ Krottenkraut/ Lungenkraut. Eſt vulnerarium, & in affectibus thoracis & hepatis præſcribitur.

Herb. *Branca urſina Italica*, Welſch Bärenklau. Ingreditur decocta vulneraria, ſedat dolores colicos.

Herb. *Bugloſſum Hiſpanicum*, Spanniſch Ochſenzung. In morbis frigidis confortat cor.

Herb. *Calamintha montana Italica*, Welſch Bergmüntz/ wild Mutterkraut. Ob vim carminativam dicata, eſt ventriculo & utero.

Herb. *Capillus Veneris*, Frauenhaar/ Venushaar/ (1. Handvoll 3. kr.) Aperit lienem, uterum, hepar, ſanat vulnera & ulcera.

Herb. *Carduus Benedictus*, Carbenbenedictenkraut/ geſegnete Diſtel/ (Jedes 1. Handvoll 2. kr.) Eſt alexipharmacum, ſudoriferum egregium, hinc ante paroxyſmos febriles ſolet exhiberi à ʒß. ad ʒj. & ſæpius ſiſtit febres.

Herb. *Centaurium minus*, Tauſendguldenkraut/ Erdgall/ Stechkraut/ Fieberkraut. Habet eaſdem vires quas Card. ben. Inſuper antiſpaſmodicum eſt.

Herb. *Ceterach*, Miltzkraut/ kleine Hirſchzung/ Neſſelfahrn. Eſt nobile ſpleneticum, hinc in affectibus hypochondriacis ſæpiſſimè præſcribitur.

Herb. *Chamædrys*, edel Gamanderlein/ klein Bathengel/ Vergiß mein nicht. Eſt vulnerarium & anticatharticum, ubi nervi à defluxionibus occupantur, uti in arthritide vagâ, podagrâ, &c.

Herb. *Chamæmelum Romanum*, Römiſch Chamillen. Propter vim carminativam magnum nomen habet in colicâ, præſertim ſcorbuticâ, præſtat etiam multa in calculo renum & veſicæ.

Herb. *Chamæpithys*, Erdpin/ Je länger je lieber/ Schlaffkraut. Vide *Chamædrys*, cum quo in Viribus coincidit.

Herba

HERBA *Cochlearia*, Löffelkraut/ (Jedes 1. Handvoll 2. kr.) Eſt celeberrimum illud antiſcorbuticum ſtupendum, ut ſemper recens poſſit adhiberi, quia ejusmodi antiſcorbuticum in exſiccatione ſal volatile deperdere ſolet, in quo tamen vis antiſcorbutica maxima conſiſtit.

Herb. *Cynogloſſum*, Cretiſche Hundszung. Eſt Narcoticum.

Herb. *Cypariſſus hortulana*, Garten-Cypreß. Cùm aſtringat, ſolet exhiberi in dyſenteria.

Herb. *Dictamnus Creticus*, Cretiſcher Diptam/ (1. Loht 12. kr.) Eſt alexipharmacum, expellit lumbricos.

Herb. *Epithymus*, Thymſeiden/ (1. Loht 4. kr.) Eſt aperitivum.

Herb. *Eupatorium*, fremd Leberkraut/Leberbalſam/kleiner Roſtenbalſam/ (Jedes 1. Handvoll 2. kr.) Incidit & attenuat humores craſſos.

Herb. *Filipendula*, rohte Steinbrech/ wilde Garben. Eſt alexipharmacum, diureticum & vulnerarium.

Herb. *Galega*, Geißrauten/Gänßkraut/Fleckenkraut. Eſt alexipharmacum admodum potens, hinc pro ſudoribus excitandis in febribus malignis multùm præſtat, poteſt etiam exhiberi in vulneribus malignis.

Herb. *Hepatica nobilis*, gulden Leberkraut/ edel Leberkraut. Convenit in obſtructione hepatis.

Herb. *Lauri folia*, Lorbeerblätter/ (1. Loht 2. kr.) Sunt anticolicum propter vim carminativam.

Herb. *Leviſticum*, Liebſtöckel/Badkraut. Eſt alexipharmacum, menſes, fœtum & lochia movens.

Herb. *Lingua Cervina*, Hirſchzung. Lieni ſuccurrit, præſertim in ſcorbuto.

Herb. *Lotus urbana*, Siebengezeit. Præſcribitur in alvi torminibus infantum.

Herb. *Majorana*, Majoran/ Maſeran. In affectibus nervinis eſt remedium commendatiſſimum.

Herb. *Marrubium album*, weiß Andorn. Incidit, attenuat humores viſcidos & pituitoſos, qui cauſantur obſtructionem hepatis, menſium ſuppreſſionem & reſpirationem difficilem.

Herb. *Marum verum*, (1. Loht 1. Guld. 20. kr.) Eſt hepaticum: propter pretium majus alia ipſi poſſunt ſubſtitui.

Herb. *Meliſſa*, Meliſſen/ (Jedes 1. Handvoll 2. kr.) Eſt celebre uterinum, ſpleneticum & alexipharmacum.

Herb. *Mentha Saracenica*, Frauenmüntz/Frauenbalſam/Marienmüntz/ Pfannkuchenkraut. Eſt nobile ſtomachicum, carminativum & uterinum.

Herb. *Mezereon*, Seydelbaſt. Eſt violentiſſimum purgans & rariſſimè præſcribitur.

HERBA *Myrtifolia*, Myrtenblätter / (1. Loht 2. kr.) Quando dentes vacillant & gingiva putreſcit, in ſcorbuto adhibentur.

Herb. *Ophiogloſſum*, Natterzünglein / (1. Handvoll 2. kreutzer.) Eſt vulnerarium.

Herb. *Origanum Creticum*, Cretiſche Doſten / Cretiſch Wohlgemuht / 1. Loht 6. kr.) Eſt nobile carminativum & cephalicum in morbis frigidis.

Herb. *Polium Montanum*, Berg-Poley / (1. Handvoll 2. kr.) In uſu eſt rarum, aliàs poteſt eſſe cephalicum & uterinum.

Herb. *Pulegium Creticum*, Cretiſcher Poley / Marſiliſcher Poley / (1 Handvoll 2. kr.) Egregiè convenit in obſtructione menſium & partus difficultate.

Herb. *Pyrola*, Wintergrün / Wald Mangolt / (1. Handvoll 2. kr.) Eſt vulnerarium in & externè, inprimis quando ulcera & vulnera fiunt ex corroſione, urinâ cruenta, hæmoptyſi, &c.

Herb. *Roſmarinus*, Roſmarin / (1. Handvoll 2. kr.) Eſt cephalicum laudatiſſimum; nec non uterinum & hepaticum: hinc etiam multa præſtat in hydrope & cachexiâ.

Herb. *Sabina*. Recens quocunque modo adhibita egregiè ſtimulat menſes, & fœtum expellit, externè propter vim digerendi, convenit in eryſipelate & tumoribus œdematoſis.

Herb. *Scordium*, Waſſer Bathengel / Lachen Knoblbuch / (1. Handvoll 2. kr.) Inter alexipharmaca ſelectiora refertur, ubi potenter ſudores movet in febribus malignis. Externè etiam mira præſtat in gangræna & ſphacelo.

Herb. *Soldanella*, Meerköhl / Meerwinden. (1. Handvoll 2. kr.) Eſt laxativum.

Herb. THEE, (1. Loht 16. kr.) Poteſt adhiberi in affectibus capitis ſoporoſis, catharralibus, hinc etiam valet in difficili reſpiratione, ubi à colluvie catharrus excitatur.

Herb. *Uvularia*, Zäpffleinkraut / (1. Handvoll 2. kr.) Valet in relaxatione uvulæ & anginâ.

Notæ Herbæ ſolent quidẽ dare ſelectum ex magna earum ſylvâ, ſuadendum tamen cenſeo Junioribus Practicis, ut ex his ſelectiores adhuc faciant Claſſes, inter cephalica, ſtomachica, thoracica, &c. tutiora, præſtantiorave, ſic enim memoriæ non ſolùm conſulent, tum vires & utendi modos ſibi familiariores reddent. verùm etiam non tam facilè in ipſa praxi errores patrabunt, quàm ſi ſuperficialem tantùm omnium illorum ſimplicium & præparatorum habeant cognitionem. Herbæ unà cum floribus, radicibus, corticibus, ſeminibus, aromatibus, &c. componunt DECOCTA tam magiſtralia, quàm quæ ex tempore præſcribuntur & ordinantur, quorum formula generalis hæc eſto:

℞. *Radic.*

℞. *Radic. præter propter.℥iij.*
Cortic. ℥j.
Herbar. M.ijß.vel iij.
Flor. P.iij. vel vj.
Semin. ʒij. uſque ad ʒvj.
Aromat. ʒij. uſque ad ʒiiij.

Coquantur vel in aqua communi, vel ſero lactis, vel vino, vel leviter ebulliant, colat. ℞. ℔j. uſque ad ℔ij. ulterius vix aſcendendum, quia decoctum fit nauſeabundum & tam ſui ipſius quàm Medici gratiam perdit, edulcoretur vel ſyrupo, vel electuario, vel ſaccharo, addantur vel ſpiritus, vel eſſentiæ, vel aquæ, &c. E. g. ſit præſcribendum Decoctum Cephalicum calidum in ſpecie antiparalyticum:

℞. *Rad. Acor. Enul. campan. Pæon. aa. ℥jß.*
Sarſaparill. ℥j.
Herb. Prim. ver. Serpill. Beton. Origan. aa. M. ij.
Flor. Anthos. Salv. Lavend. aa. P. ij. vel iij.
Sem. Carui, Siler. mont. Coriand. ppt. aa. ʒiß.
Bacc. junip. ℥j.
Cinamom. Caſſ. lign. aa. ʒiß.

Inciſ. coquantur in aqua font. ad ℔ij. Colat. adde Syrup. de Beton. Prim. Ver. aa. ℥iß. Spir. Lil. convall. ℥ß. Aq. Salv. cum Vino ℥j. vel ℥ij. F. Decoctum. Sit Decoctum pectorale:

℞. *Herb. rec. Veron. Scabioſ. Hed. terreſt. Cerefol. aa. M. j.*
Raſ. Lign. Saſſafras ʒij. vel ℥ß.

Coquantur in ſ. q. aq. ſimplici vaſe tecto, adde in fine coctionis
Paſſ. minor. conquaſſ. ℥ij.
Raſ. Liquirit. ℥j.

Ebulliunt leniter adhuc, & inter fervendum ſuſpende in nodulo Cinam. electuar. ʒiij. Colatur. refrigerat ℞. ℔ij. vel ℔ijß. D. quę Potio multis ſcopis poteſt ſatisfacere præprimis, ubi adeſt collectio humorum viſcidorum in pectore, & expectoratione promovenda: Doſ. decoct. ſunt ℥iij. vel ℥iiij. ein Weinglaß voll. Sit ordinandum Decoct. thorac. frigid. e. gr. in hæmoptyſi:

℞. *Rad. Torment. Symph. maj. Liquirit. aa. ℥j.*
Herb. Conſolid. Bellid. min. Plantag. Hed. terreſtr. Capill. ♀ris aa. M j.
Flor. Roſar. rubr. Papav. errat. aa. Mß.
Sem. Plantag. Papav. alb. aa. ʒij.

Inciſ. coq. in aqua font. Colat. ℞. ℔iß. vel ℔ij. adde *Syr. de Symph. de Portulac. aa. ℥ij. miſc.* F. Decoctum quod vix fallit.

Digitized by Google

Vel ſi compendioſius incedere velis in præſcribendo Decoct. pectorali apertivo inciſivo & quodammodo vulnerario.

℞. *Herb. Scabioſ. M.ij.*
Hed. terreſtr. M.j.
Rad. Helen. ℥iß.
Irid. flor. ʒvj.
Sem. Aniſ. Fœnic. aa. ʒiij.

Inciſ. coquantur in aq. Colat. ℞. ℔iß.
adde *Syr. de Liquirit. Capill. Ven. aa.* ℥iß.

Vel poteſt etiam addi *Syr. de Nicotian.* qui ſibi vix par habet remedium in affectibus aſthmaticis, ubi opus inciſione.

NB. In præſcriptione Decoctorum ſequenti modo poſſumus etiam uti compendio: Et pro exemplo præſcribendum Decoct. hepat. calidum apertivum:

℞. *Spec. pro decoct. apertiv.* ℥ij.

Coq. in ſer. lact. ℔iß. colat. adde *Syr. aperitiv. Chamadr. aa.* ℥j.
Spir. Sal. vel mixt. ſimpl. gutt. xv.

M. F. Potio. Porrò in morbis lienis frigidis, h. e in affectibus hypochondriacis, melancholiâ, &c. poteſt eſſe tale Decoctum.

℞. *Rad. Gram. Polypod. Cichor. Filic. mar. aa.* ℥ß.

Vel poteſt ſcribi: ℞. *Radic. 5. aperitiv. aa.* ℥ß.
Herb. Chamadr. Chamæpith. Fumar. aa. M.ij.
Flor. Hyperic. Sambuc. Anthos aa. P.j.
Sem Cochlear. Naſturt. aa. ʒiß.

Inciſa infunde in aq. font. vel ſero lact. quod erit melius in morbis lienis coque ad remanentiam ℔ij. adde colat. *Syr. capill. ven. de ſcolop. aa.* ℥ij.
Clyſſ. mineral. gutt. xxv. M.

Vel ſi rurſus compendio uti velis ℞. Decoct. ſplenet. Mynychti quart. ß. Cæterùm in affectibus renum etiam potiſſimùm nephriticis hoc decoctum præſcribi ſeq.

℞. *Herb. Capill. Ven. M.iij.*
Flor. Malv. Saxifrag. aa. P.ij.
Rad. Alth. ʒvj.
Glycirrh. ℥j.
Lign. Saſſafras ℥ß.
Paſſul. min. ℥ß.
Hord. mund. M.ij.

Inciſa coquantur in ſ. q. aq. font. Colat. ℞. ℔ij. adde
Syr. de alth. Fern. Liquirit. aa. ℥ij.
Spir. ſal. armon. ʒiß. M. F. Apozema.

Porrò

Porrò in affectibus uteri frigidis, præprimis in morbis ab ejus vulgò ſic dicta intemperie frigida, nec non flatibus oriundis malis cum commodo poteſt ſeq. Decoctum præſcribi:

℞. *Herb. Matricar. Hyſſop. aa. M.ij.*
Sem. Aniſ. Fœnic. aa. ʒij.
Lign. Saſſafr. ʒvj.
Sanct. ℥iß.

Coquatur cum ℔iij. Vini ad tertias, Colat. detur. Singulis horis matutinis & veſpertinis dentur aliquot unciæ.

Eadem illa ingredientia, quæ decocta componere diximus, faciunt etiam ad præparationem INFUSORUM, quæ ſunt vel alterantia vel purgantia, præſcribuntur eadem methodo, omiſſis ſaltem illis, quæ aliàs in apozematibus colaturæ adduntur. Ejusmodi Infuſa ſæpius præſtantiora ſunt, quàm ipſa Decocta, cùm ſub coctione non mediocris ſimplicium vis in auras abire ſoleat: Infundantur autem potiſſimum ingredientia in vino, quando prius transcolantur per linteum vel ſacculo includuntur, uti fiunt vina medicata, vel ſuſpenduntur in ſacculo tales ſpecies in dolio, ut cum cereviſia vel muſto fermentent & tunc conſtituunt Cereviſias medicatas, &c. E.g. ſit ordinandum tale infuſum ſive vinum medicatum purgans in affectibus cachecticis.

℞. *Herb. Meliſſ. Hepat. nob. Veron. aa. M.j.*
Rad. Leviſt. Zedoar. Irid. aa. ʒij.
Cort. Ebul. Fraxin. aa. ʒiß.
Fol. Senn. ℥iß.
Rhei. ℥ß.
Crem. Tartari ʒij.
Caryophyll. Nuc. moſchat. aa. ʒj.

Inciſ. & contuſ. aſperge parùm Ol. tartari per deliquium, dentur ad nodulum ad ℔iiij. Vini. Si vinum cephalicum ordinare velis, poſſis hoc modo procedere:

℞. *Herb. Beton. Salv. Meliſſ. Euphraſ. aa. M.j.*
Rad. Imperator. Fœnic. Galang. aa. ʒij.
Flor. Beton. Til. Stœch. Arab. aa. P.j.
Caryophyll. Cinamom. aa. ʒj.

Inciſa groſsè dentur ad nodulum pro menſura Vini.

Cùm in phthiſi aliisque thoracis affectibus ſæpius opus ſit ordinare ad longius tempus remedia, poſſit ſequens Cereviſia medicata eſſe utilis:

℞. *Herb. Scabioſ. Pulmon. Hed. terreſtr. aa. Mij.*
Flor. Salv. Hyperic. Hyſſop. Farfar. aa. P.ij.
Rad. China ℥j.

Rad.

Digitized by Google

Rad. Tuſſilag. Sarſapar. aa. ℥ij.
Sem. Fœnic. Aniſ. aa. ℥ß.

Inciſa groſsè dentur. S. Species zu einem halben Ohm Kräuter Bier.

Eſto Vinum ſtomachicum contra acidum vitioſum:

℞. *Summit. Abſinth.*
Herb. Meliſſ. Menth. aa. M.ij.
Rad. Zedoar. Galang. Sarſapar. aa. ʒij.
Croc. integr. gran. ij.
Cort. aurant. ℈ij.

Inciſa groſsè dentur pro nodulo ad menſuram vini, cujus primus hauſtus ſumitur in cœna vel prandio. In affectibus ſpleneticis & hypochondriacis tale poſſit eſſe Infuſum:

℞. *Fol. Cochlear. M j.*
Rad. Raph. ſylv. ʒij.
Limat. mart. ℥ß.

D. S. Species in einem Tüchlein in Wein zu legen.

Sit concinnandum Infuſum movens menſes & contra morbos frigidos uteri:

℞. *Herb. Puleg. Arthemiſ. Meliſſ. aa. M.ß.*
Rad. Leviſt Enul. Hyſſop. aa. ʒij.
Flor. Anthos, Cheyri, aa. P.j.
Baccar. Laur. ʒij.
Croc. gran. viij.
Sal Tartari ℈j.

Inciſa groſsè dentur ad nodulum, vel ſumatur horis matutinis vel veſpertinis.

Dehinc herbæ cum prædictis ingredientibus, inſerviunt etiam pro conficiendis CLYSTERIBUS, qui modò ſunt purgantes, digerentes, emollientes, antiſpaſmodici, anodyni, carminativi, alterantes. Liquor in quo Species decoquuntur, ſunt aqua, juſcula, urina & lac. Not. Purgantibus clyſteribus vulgò à Medici adduntur olea cocta ſed malè, quia olea obtundunt & reſiſtunt vi purganti. Doſis liquoris eſto in infant. ℥ij. vel iij. in adultis ℥x. uſque ad ℔j.

CATAPLASMATA etiã conficiuntur ex herbis & prædictis ingredient. in ſpecie fructibus, floribus, radicibus, ſeminibus, farinis, mica panis, pinguedinibus, albumine ovi, nido hirundinum, albo Græco, &c. E. g. Sit ordinandum tale cataplaſma in Inflamationibus, in ſpecie autem in anginâ.

℞. *Nid. Hirund. num. j. vel ij.*
Pulv flor. Melilot. Sambuc. aa. ℥ß.
Herb. Malv. Biſmalv. aa. M.j.
Farin. fœnugr. Sem. lin. aa. ℥ß.

Coque

Coque cum lacte, adde *Unguent. de Alth.* ℥vj. *Ol. chamomill. lumbric. aa.* ℥ß. *vitell. ovor. num.* j. *Croc.* ℈ß. *miſt.* F. Cataplaſma. S. Uberſchlag umb den Hals. Sic in quâvis inflammatione pro diſcuſſione ſeq. cataplaſma convenientiſſimè præſcribi poteſt:

℞. *Pulv. ſem. fœnugr. Lini, Rad. alth. aa.* ℥j.
Flor. Chamomill. Melilot. Aneth. aa. ℥ß.

Coque in ſ. q. aq. ſimpl. ad pultis conſiſtentiam, adde *Ol. Chamom.* q. ſ. F. Cataplaſma.

HERMODACTYLI, frembde weiſſe Zeitloſenwurtzel / (1. Loht koſtet 2. kr.) Rarius etiam ſolent exhiberi, potiſſimùm autem ſunt hydragoga, & in podagrâ vel arthritide præſcribuntur.

HIRUNDINUM NIDUS, Schwalben-Neſt. Habet vim diſcutiendi propter Sal nitroſum ſeu urinoſum, qui ipſi à ſtercore hirundinum ſuppeditatur, hinc in anginâ ex eo parantur cataplaſmata, uti ex modo dato exemplo conſtat.

HORDEUM, Eſt diureticum, ex quo provenit uſitatum illud Decoctum hordei, commodum pro Julepis in febribus. E. g. ℞. *Decoct. hord. cum paſſul. min. parat.* ℔ij. quæ potio apprimè conveniet in Febribus puerperarum.

HYDROMEL, Wein-Meth / (1. Loht 3. kr.) Externè prodeſt in mundificandis vulneribus & ulceribus, præprimis in vulneribus pectoris, ubi per cavitatem thoracis ſolet injici.

I.

INFUSIO LAXATIVA, (1. Loht 16. kr.) Eſt infuſum foliorum Sennæ, datur pro laxativo ad ℥iij. vel iv. ex tempore talis infuſio hoc modo præſcribi poteſt:

℞. *Fol. Senn.* ℥iij.
Cinam. Zingib. aa. ℈j.
Crem. Tartari ℈ij.

Infunde per noctem in Vino calido manè fiat fortis expreſſio. Conveniens in morbis ex cruditate acida, vel ſumatur hæc Infuſio laxativa tali modo præſcripta:

℞. *Infuſ. laxativ.* ℥iij.
Radic. laxat. ℈j.
Aq. cinamom. cochlear. j. F. Potiuncula.

ISOPUS HUMIDA ſive OESYPUS, (1. Loht 4. kr.) Eſt pinguedo illa, quæ lanæ ſolet adhærere, laudatur in anginâ.

JUJUBÆ, rohte Bruſtbeerlein / Zyzyphæ ſonſten genannt / (1. Loht 2. kr.) In morbis pectoris & renum unà cum aliis faciunt decocta.

JULEPUS GEMMATUS von Hörnigt/ (1. Loht koſtet 20. fr.) Eſt ſuaviſſimi odoris, paratur ex ſpeciebus de Gemmis frigidis, de Hyacintho, Succo citri, aurant. &c. immiſcetur mixturis & potionibus in morbis thoracis & cordis, inprimis in ſyncope, virium proſtratione, febribus malignis, &c.

JULEPUS ROSARUM, Roſen-Julep-ſafft/ (1. Loht 2. fr.) Paratur ex infuſo florum roſarum recentium & cum ſaccharo fit Julepus, ad eundem modum etiam paratur Julepus violarum, uterque refrigerat & humectat, uſurpantur pro reſtauratione virium, cordis affectibus & febribus. Ex tempore talis Julepus ſic poteſt præſcribi:

> ℞. *Flor. roſ. rubr. Violar. Papav. errat. aa. P. j.*
> *Spir. Vitrioli q. ſ. ad irrorationem.*
> *Aq. fontan. puriſſ.* ℔j.

Stent ad aliquot horas, adde *Syr. rub. idæi* ℥iß.

L.

LAC SULPHURIS, (1. Loht 40. fr.) Conficitur per alkalia, ſic, cùm Sulphur per lixivium calcis vivæ aut ſalis tartar. per deliquium ſolvitur, fit ſolutio rubeſcens, quæ cum aceto deſtill. præcipitata dat liquorem lacteum, qui aquâ ablutus colligitur in pulverem, qui vocatur Lac ſulphuris, uſus decantati in Hectica & Phthiſi, nec non in tuſſi ex catharro, quando rotulæ inde conficiuntur, & frequenter in ore detinentur: ſunt qui hoc Lac non laudant, ex eo quod tale magiſterium aliud nil ſit, quàm calx iners, nihilominus in dictâ formâ ſic poteſt præſcribi:

> ℞. *Conſerv. roſ. rub.* ℥ß.
> *Rad. acor. condit.* ʒiij.
> *Spec. diairios* ʒij.
> *Lact. ſulphuris* ℈j.
> *Sacch. in aq. aniſ. ſolut. q. ſ.* F. l. a. Rotulæ.

LADANUM, (1. Loht 4. fr.) Solet imponi ventriculo externè in cruditate acidâ.

LAPIS *Alabaſtrites*, Alabaſter Stein/ (1. Loht 2. pfen.) Refrigerat, hinc ex eo paratur refrigerans illud Unguentum alabaſtrinum, quod ſæpe præſcribitur.

LAPIS *Armenus*, Armenienſtein/ Bergblau/ (1. Loht 6. kreutz.) Ingreditur pulverem Bezoardicum in dyſenteriis & quovis alvi fluxu cruento.

LAPIS *Calaminaris*, Galmeyſtein/ (1. Pfund 16. kreutzer.) Vid. ſupra Cadm. foſſ.

LAPIS *Bezoar*, Peruaniſcher Bezoar oder Gifftſtein/ (1. Gran 4. kreutzer.) Vid. Lit. B.

Lapis

Lapis *Chalcedonius*, Chalcedonier/ (1. Loht koſtet 8. kreuz.) Aſcribunt ei vires conciliandi magnanimitatem.

Lapis *Carneolus præparatus*, Carniol/ (1. Loht 24. kreuzer) Aſtringit valdè & habetur pro ſpecifico in fluxu albo muliebri.

Lapis *Chryſolitus*, Chryſolit/ (1. Loht 8. kr.) Celebratur in affectibus melancholicis.

Lapis *Carpionis*, Karpffenſtein/ (St. 1. 1. kr.) Habetur pro ſpecifico febrium intermittentium.

Lapis *Cryſtallus*, Cryſtall/ (1. Loht 4. kr.) Datur nutricibus cum ſemin. fœniculi, aniſi, &c. pro generatione lactis.

Lapis *Granatus*, Granat/ (1. Loht 12. Kr.) In febribus malignis reſtaurat vires.

Lapis *Hæmatites*, Blutſtein/ (1. Loht 2. kr.) Siſtit hæmorrhagiam & dyſenteriam.

Lapis *Hirundinum*, Schwalbenſtein/ (St. 1. 4. kr.) Habetur pro ſpecifico antiepileptico in infantibus.

Lapis *Hyacinthus*, Hyacinthſtein/ (1. Loht 24. kr.) In febribus ardentibus reficit cor.

Lapis *Judaicus*, Judenſtein/ (1. Loht 6. kr.) In affectibus nephriticis audit ſpecificum.

Lapis *Lazuli*, Laſurſtein/ (1. Loht 24. kreuz.) Propter fortiorem vim purgandi in affectibus ſpleneticis & melancholicis ſolet adhiberi.

Lapis *Lyncis*, Luchsſtein/ Tappenſtein/ Albſchoß/ (1. Loht 3. kreuz.) Vid. Lapis Judaicus.

Lapis *Magnes*, unbereiteter Magnet/ (1. Loht 6. kr.) Solet ingredi Emplaſtra magnetica, & quæ faciunt ad conſolidationes.

Lapis *Medicamentoſus Crollii*, (1. Loht 6. kr.) Eſt concretum quoddam ex variis ſalibus: vide Authorem: celebre eſt remedium in inflammationibus & cancro: E. g. ℞. *Lap. med. Croll.* ʒj. *Aq. ſperm. ran.* ℥vj. *miſc.* applicetur linteis duplicatis & in cancro generoſiſſimum erit remedium.

Lapis *Nephriticus*, Grießſtein/ (1. Loht 8. kreuz.) Ejus nomen indicat vires.

Lapis *Oſteocolla*, Beinbruch oder Wallſtein / Bruchſtein / Sandſtein/ Steinbein / (1. Pfund 16. kr. 1. Loht 2. pfen.) In luxatione oſſium & fracturis ordinatur.

Lapis *Percarum*, Kaul Perſickenſtein/ (1. Loht 6. kreuz.) In epilepſiâ & pleuritide conveniens eſt.

Lapis Prunellæ, Salpeter/ (1. Pfund 24. kr.) Eſt Nitrum depuratum, quod eſt egregium diureticum & diaphoreticum in febribus ardentibus benignis & malignis, doſis ℈j. ad ʒß. In potu ordinario in febribus

continuis & æſtu ſanguinis ab ℥ß. ad ℥vj. convenienter uſurpatur. Sitim etiam ſedat, illam inprimis, quæ hydropicos affligit, eſt enim diureticum optimum. Cæterùm potenter compeſcit æſtum venereum, de quo videri poteſt Timæus in ſuis caſibus. In hæmorrhagia tam internè quàm externè expertum habetur remedium, quamvis internè adhibitum ventrem laxet: in relaxatione gingivarum autem & uvulæ gargariſmos ingreditur: E. gr. ℞. *Aq. flor. ſambuc. Plantag. Sempervir. Fol. quercus aa.* ℥iß. *Nitri depurati* ʒß. *Mell. roſat.* ℥j. *miſc.* F. Gargariſma. Iſta autem depuratio communiter inſtituitur cum ſulphure, & dicitur Nitrum fixum, fit Lapis Prunellæ, verùm hoc modo præparatum nihil valere videtur, quia à communicatione fumi ſulphuris ejus ſpir. acidò ſulphureus totus exhalat & remanet ſale alkali fixum, quod ab acido ſulphuris ſaturatum in prædictis affectibus inutile redditur, quibus annumerari etiam debet Angina; Optimam Nitri depurationem ſic poſſumus inſtituere, paretur lixivium fortiſſimum. ex ſale tartari vel cineribus clavellatis, infundatur in eo Nitrum; ſic alkali fixum arripiet, omne acidum vitioſum, omne corroſivum & excrementitium, quod eſt in nitro, poſt inſtituatur levis humiditatis exhalatio, & nitrum concreſcet in cryſtallos elegantiſſimos & puriſſimos.

Lapis *Pumex*, gemeiner Bimſenſtein/ (1.Pfund koſtet 24.fr.) Additur Pulveribus dentifriciis, eſt ſtegnoticum, & adſtringens, in hypercatharſi à vomitu nimio præbet arcanum ad illam ſiſtendam, ſi in Vino malvatico ad aliquot gran. detur.

Lapis Rubinus, Rubinſtein/ (1.Loht 24.fr.) Eſt cordiale uti etiam ſapphyrus & ſmaragdus.

Lapis Specularis, Unſer Frauen Eiß/ (1. Loht 1.fr.) Glacies Mariæ dictus multùm præſtat in Epilepſia. E g. ℞. *Cran. hum. Glac. Mar. aa.* ʒj. Dividatur in 6. doſes æq. In partu difficili etiam habetur pro egregio: ℞. *Glac. Mar.* ʒß. Datur pro unâ doſi.

Lapis Spongiæ, Schwammſtein/ (1.Loht 1.fr.) Valet in laxitate gingivarum.

Lapides quinque pretioſi, die fünff Edelgeſtein bereit und vermiſcht/ als Granatus, Hyacinthus, Saphyrus, Sarda, Smaragdus, (1. Loht 24. freuzer.) Conſtituunt pulverem cordialem, ſub hoc nomine in pharmacopoliis præſtantem doſis eſt ℈j. ℞. *Lap. 5. pret. Spec. diamargarit. frig.* ℈ij. *Succ. præpar.* ℈j. *Magiſter. Corall.* ℈ß. *miſc.* F Pulvis, dividatur in 3. part. æq.

Laudanum Opiatum, (1.quintl. 1.Guld. 20.fr.) Vide ſuperius.

Lignum Aloeticum, Paradis- oder Aloes-Holtz/ (1.Loht 20.freuzer.) Vid. Lit. A.

Lignum Colubrinum, Grieß-Holtz/ (1.Loht 8.fr.) In ſelectu medicamentorum non reperitur.

Lignum

Lignum Guaiaci, gedrchet Frantzoſenholtz/ (1.Pfund koſtet 16.kreutz.) In morbis catharralibus & frigidis vix datur præſtantius remedium, nec non in Lue venereâ & ubi frequentiori diaphoreſi opus habemus in morbis pituitoſis à cruditate acida productis. ℞. *Lign. Guajac.* ℥iij. *vel* iv. *Rad. Chin.* ℥iß. inciſa infunde in *aq. font.* ℔iiij. coque ad tertias D. Loco rad. Chinæ poteſt etiam ſumi *Lignum Saſſafras* in eâdem doſi.

Lign. Nephriticum; ſonderlich Holtz zum Lendenſtein/ (1.Loht 8.kr.) Nomine ſuo uſum indicat.

Lign. Rhodium, Rhodiſer Holtz/ (1.Loht 2.kr.) In morbis capitis frigidis & catharralibus pro confortandis & reſtaurandis ſpiritibus laudatur;

Lign. Santalum, weiſſer Sandel/ (1. Loht 3.kr.) In morbis hepatis calidis frequenter præſcribitur.

Lign. Sassafras, Fenchel Holtz/ (1.Pfund 24.kr.) Eſt cephalicum egregium & carminativum.

Lignum Tamarisci, Tamariſkenholtz (1.Pfund 16.kr.) Inter ſplenetica laudem meretur, omnibus morbis, qui ſpleni adſcribuntur.

LIMATURA CORNU CERVI, geraſpelt Hirſchhorn/(1.Loht 2.pfen.) Specificum eſt contra lumbricos ſic puero lumbricitanti ita poteſt ordinari: ℞. *Rhabarb.* ʒij. *Raſ.* C. C. ʒiß *Sem. ſanton.* ʒj. Inciſa coq. & Colat. detur.

Liquiritia, Süßholtz außgetrucknet/ (1.Pfund 20.kr.) Convenit in affectibus pectoris.

Liquor Diureticus, Kernwaſſer/(1. Loht 4.kr.) Eſt deſtillatio ex vino malvatico & nucleis perſicorum, convenit in calculo & iſchuriâ, doſ. ʒvj. ad ℥iß. Easdem vires habet alkekengi.

Liquor Emeticus, (1.Loht 12.kr.) Non eſt in uſu.

Liquor Spleneticus, (1.Loht 8.kr.) Nobiliſſimum eſt ſpleneticum in obſtructione lienis, affectibus hypochondriacis, ſcorbuticis, paſſione hyſtericâ, in febribus ante paroxyſmum datus. Laudabiles præſtat effectus, doſis à gutt. xxv. uſque ad xl. ℞. *Liqu. ſplenet. ex Tartaro & Nitro Schröderi* ℥ß. D. S. Milz-Spiritus.

Lythargyrium, Silberglätt/ (1.Pfund 12.kr.) Externè in vulneribus ſolet adhiberi.

L O O C H.

Inter hæc Looch pauca in uſu ſunt:

LOOCH de FARFARA, Brandlattich Lattwerg/(1.Loht 2.pfen.) quod in tuſſi & raucedine ordinatur.

LOOCH de PULMONE VULPIS, Fuchslungen Lattwerg/ (1.Loht 2.kr.) Hujus uſus in phthyſi eſt nobilis.

LOOCH SANUM & EXPERTUM, gemein Huſten Lattwerg/ (1.Loht 2.kr.) Quod in affectibus aſthmaticis, tuſſi & inflammationibus thoracis ordinatur: ℞. *Conſerv. roſar. rubr.* ℥ij. *Loch. ſan. & expert.* ℥ß. *de pulmon.*

Digitized by Google

vulp. ℥iij. *Pulv. anodyn.* ʒij. *Extract. Liquirit.* ℈ij. *Syrup. de nymph. q. ſ.* Fiat Electuarium.

Lycopodium, Gürtelkraut oder Erdmooß-ſaamen/ (1.Loht koſtet 4.kr.) Antinephriticum eſt excellens & antepilepticum. Dat convenientem pulverem pro crinibus, quos minus exedit, ut alii pulveres pro crinibus.

Lixivium Benedictum Mynsichti, (1.Loht 2.kr.) Vires videantur apud Auctorem in *Armament.*

M.

Macis, Muſcatblüht/ (1.Loht 12.kr.) Inter aromata refertur calidiora, eſt cephalicum & uterinum, menſes & lochia promovens.

MAGISTERIA.

Magisteria vegetabilia ut plurimùm fiunt ex ſubjectis reſinoſis, quæ etiam magis uſualia ſolent eſſe: E. g. *Magiſter. ex rad. Jalapp. Scammon. &c.* quò referuntur etiam *aromatica, oleoſa,* quæ cum *Spir. Vini* extrahuntur, quæ poſtea ab affuſâ aqua ſimplici præcipitantur & lacteſcunt. Iſta magiſteria ex vegetabilibus non reſinoſis parata uti ſunt *Magiſter. petroſelini, cumin. ſenn. rhabarb. &c.* nihil valent: Reſinoſa iſta magiſteria vel *Spir. vini* ſimplic. utplurimùm extrahuntur, quia Spir. vini tartariſatus videtur dicatus eſſe ſubjectis aliquo modo aquoſis. *Animatorum, marinorumque magiſteria* hoc modo vulgò parantur. Solvuntur e. g. *ocul. cancr. corall. C. C. vel animalium oſſa* in *aceto* vel alio *ſpiritu acido,* quæ ſolutio præcipitatur *Sale Tartari,* unde exurgit axioma illud Chymicorum, *omnis ſolutio facta per acida præcipitatur per alkalia,* factâ hoc modo præcipitatione pulvis cadens edulcoratur, & dicitur *Magiſterium.* Ratio autem quare corpus à menſtruo ſemel imbibitum rurſus præcipitetur hæc eſt primò, quia poruli liquoris redduntur anguſtiores, ut particulæ non amplius in eodem contineri poſſint, vel quando corporis ſoluti pondus & gravitas obſtat, quò minus in menſtruo poſſit retineri: E. g. Fiat extractio & ſolutio vegetabilis cujuſdam cum ſpiritu vini, quæ extractio præcipitabitur cum aqua communi, quia illa affuſa ſeſe inſinuat in poros ſpiritûs vini, ex quorum anguſtiis tunc excluduntur particulæ dictæ reſinoſæ & præcipitantur ad fundum, hujus rei exemplum elegans videtur in *Tincturâ Benzoë,* quæ cum *aq. roſ. vel ſimplici* mixta præbet liquorem lacteum, quibus aquoſæ particulæ ſeſe uniunt cum ſpiritu vini, ut ex iſta repletione porulorum ſpiritu vini contentæ particulæ præcipitentur ad fundum: E. g. præcipitationis ratione ponderis ſolvatur ☉. in 🜆 addatur Mercurius, mox præcipitabitur aurum, quia mercurius ſe conjungit cum particulis ☉is, ut ambo propter pondus nimium ad fundum ruant, quò facit præcipitatio lactis cum aceto. *Præcipitatio* eſt vel *ſpontanea* vel *violenta. Spontanea* eſt, quando particulæ

ticulæ ſolutæ ſponte relinquunt menſtruum: E. g. ſolvantur Perlæ vel Corallia cum ſucco citri, & fiet ſeceſſio ſpontanea particularum ad fundum. *Violenta* eſt, quando ſolutioni additur tertium, quod ſolutum præcipitat. Præcipitatio ſæpius eſt partialis etiam, ut quando Tincturæ vel Eſſentiæ vegetabiles reponuntur in loco calido, fiunt ibi coloratiores, quamprimùm aëri frigido. fiunt turbidæ, ratio eſt, quia calor aperit poros menſtrui, ut perfectius abſorbeat partes corporis ſoluti, in frigore autem magis conſtringuntur: ſic mulierculæ fraudem poſſumus conciliare in conficiendo butyro, ſi nimirum cremori lactis addamus Sal aliquod alkali, quod impediat butyri congrumeſcentiam, ratio eſt, quia alkali lac attenuat & poros ita dilatat, quo minus poſſit coagulari.

Magiſteria illa *marinorum* & *oſſium* animalium cum acidis præparata parùm & nihil valent, & melius eſt, illa cruda præſcribere ſeu ſaltem præparata, quia illorum vires per tale menſtruum acre deſtruuntur, quæ aliàs eò tendere debent, ut in corpore abſorbeant acidum vitioſum & vitioſos humores in primis viis ſtabulantes, jam autem illa ſubjecta ab acido iſto ſolvente extra corpus ſunt ſaturata, hinc vim abſorbendi humores vitioſos non amplius habent, hinc meritò *calces* appellantur *inſolubiles*, quæ aliud nil faciunt in corpore, quàm ut onerent & gravent ſtomachum, de quo teſtatur hoc experientia, ſi enim illa magiſteria ſunt aſſumpta & poſt triduum exhibeatur vomitorium, tunc illud ſi fuerint coralla, vel perlæ, vel oculi cancri ſub forma pulveris albi rurſus excernuntur, cæterùm illis Magiſteriis ſemper adhærent particulæ acidæ menſtrui corroſivi, & centies licèt eluantur, eas tamen non ſeparabis, cujus aciditatis præſentia ex eo apparet, quia poſt edulcorationem ſemper redduntur ponderoſiores, uno verbo talia *Magiſteria ſunt nullius valoris ac ponderis*.

MAGISTERIUM CHALYBEATUM, (1. quintl. koſtet 12. kr.) Eſt aperiens in morbis lienis, doſis ℈ß. ad ℈j.

MAGIST. CORNU CERVI, (1. quintl. 12. kr.) Valet contra lumbricos, ſedat febres. Vid. Limat. C. C.

Magiſt. *CORALLORUM*, (1. quintl. 16. kr.) Eſt cardiacum.

Magiſt. *CRANII HUMANI*, (1. quintl. 32. kr.) Specificum eſt antiepilepticum.

Magiſter. *CRYSTALLORUM*, (1. quintl. 24. kr.) In diarrhæis & dyſenteriis biliofis datur.

Magiſt. *DIAGRYDII*, Educit bilem, doſ. gr. v.

Magiſt. *DENTIS APRI*, (1. quintl. 24. kr. 1. gran 3. pfen.) Admiſcetur pulveribus, in pleuritide.

Magiſt. *EBORIS*, (1. quintl. 16. kr.) Eſt cardiacum.

Magiſt. *GUMMI GUTTÆ*, (1. quintl. 24. kr.) Educit potenter ſerum, datur ad gran. 6. vel 8.

MAGISTERIUM *HÆMATITIS*, (1. quintl. 24. freug.) In hæmorrhagia datur.

Magiſt. *HYACINTHI*, (1. quintl. 1. Guld.) Eſt cordiale & alexipharmacum.

Magiſt. *JALAPPÆ*, (1. quintl. 30. fr.) Extrahitur ſpir. vini & præcipitatur aq. font. eſt familiare phlegmagogum, doſis ℈ß.

Magiſt. *JOVIS*, (1. quintl. 12. fr.) Habetur pro ſpecifico in ſuffocatione uteri.

Magiſt. *LAPIDIS PERCARUM*, (1. quintl. 24. fr.) Eſt antipleuriticum & antiepilepticum.

Magiſt. *MANDIBULARUM LUCII PISCIS*, (1. quintl. 24. fr.) In pleuritide convenit.

Magiſt. *MARGARITARUM*, (1. quintl. 2. Guld.) Eſt cordiale refrigerans.

Magiſt. *MATRIS PERLARUM*, (1. quintl. 12. fr.) Eaſdem habet vires.

Magiſt. OCULORUM CANCRORUM, (1. quintl. 18. fr.) Refrigerat, ſanguinem coagulatum diſſolvit, & humores ferocientes præcipitat.

Magiſt. *SATURNI*, (1. quintl. 8. fr.) Valet contra nimiam ſalacitatem.

Magiſt. *SMARAGDI*, (1. quint. 1. Guld. 20. fr.) Capiti & lieni eſt dicatum.

Magiſt. *SUCCINI*, (1. quintl. 24. fr.) Eſt anticatharrale, adhibetur in morbis capitis frigidis.

Magiſt. *TERRÆ SIGILLATÆ*, (1. quintl. 20. fr.) Eſt alexipharmacum in dyſenteriâ.

MANDIBULÆ LUCII PRÆPARATÆ, (1. Loht 12. fr.) Lucii mandibula cum reliquis capitis oſſiculis pulveriſata & exſiccata nobiliſſimum præbet antipleuriticum: E. g. ℞. *Mandib. Luc. piſc. Ocul. cancr. antimonii diaphor. aa.* ℈ß. *miſc.* F. Pulvis.

MANNA, (1. Loht 6. fr.) Calabrina primas tenet in officinis, eſt jucundiſſimum & admodum blandum cholagogum, datur ab ℥ß. ad ℥iij. Mannagetta Archiater Cæſareus ſuaviſſimam potionem laxativam ex Manna Imperatoribus & Principibus ſequenti modo propinavit; ℞. *Mann. elect.* ℥iß. *vel* ℥ij. *vel* ℥iij. *crem. tartari* ʒj. *vel* ʒiß. ſolvantur ſuper ignem cum *aq. font. ſpir. vitriol. mart.* vel *ſucco citri* acidulata, clarifica cum *album. ovi*, filtra per chartam, poſt recentibus corticibus odor gratus concilietur. F. Potio ſuavis. Infantes commodè Mannâ purgantur, ſic pro trimeſtri hoc modo præſcribitur: ℞. *Mann. elect.* ℈iiij. fiat cum *Ol. amygd. & ſacch. penid.* pulmentum. Pro infante unius anni ℞. *Mann. elect.* ʒiij. datur cum Decocto prunorum.

MANUS CHRISTI, Manus Chriſti/ (1. Loht 2. fr.) Exhibentur in morbis cordis, ſyncope & animi deliquio, deinde etiam mixturæ cephalicæ, cordiales, aliæque illis tam ſimplicibus quàm perlatis edulcorantur, doſis ʒj.

MARGA-

MARGARITÆ PRÆPARATÆ, (1. quintl. koſtet 1. Guld. 30. kr.) Dantur ferè in omnibus morbis pro confortatione, ſed ſunt valde pretioſæ.

MATER PERLARUM, Perlemutter/ (M. 1. 12. kr.) Eſt confortativum hepatis & uteri.

MASTICHE, Maſtix/ (1. Loht 4. kr.) Eſt gummi reſinoſum exſtillans ex arbore lentiſco, ſpirans odorem balſamicum: nota bonitatis eſt, quando eſt pellucida, friabilis & odorata. Convenit in vomitu, diarrhœâ, dyſenteriâ, confortat ventriculum, hinc adeò celebratur in morbis ventriculi Aqua maſtichina, in morbis catharralibus cum ſucceſſu etiam datur, ubi ſub formâ vaporis vel emplaſtr. adhibetur, e. g. in defluxionibus catharralibus ad dentes hoc modo præſcribi poteſt: ℞. *Gumm. caramn. tacamahac. maſtich. aa.* ℈j. ducatur ſuper alutam, fiant emplaſtra num. 2. Exinde etiam præſtans medicina poteſt præparari in morbis ventriculi & alvi fluxibus ſeq. modo, injice parùm maſtichis ſuper carbones ignitos, excipe fumum olla nova, imple ollam poſtea aqua vel cruda vel cocta pro intentione Medici & operiatur benè, ſic aqua talis hauriet & ſuſcipiet vires & ſaporem maſtichis.

MECHOACANNA ALBA, außerleſene weiſſe Rhabarbara/ (1. Loht koſtet 6. kr.) Habet nomen à loco ſuo natali in Indiâ orientali, qui dicitur Mechoacanna, eſt ferè ſimilis radicis bryoniæ, optima habetur recens, albicans, ponderoſa & inſipida, expurgat humores pituitoſos aquoſos & ſeroſos, hinc in catharris & hydrope cum emolumento magno propinatur, doſ. eſt ʒß. ad ʒiß. in infuſo à ʒß. vel ʒiij. vide exempla data in præcedentibus.

MEL ANTHOSATUM, Roſmarin-Honig/ (1. Loht 2. kr.) Inditur clyſteribus in colicâ pituitoſâ & apoplexia ad ℥j.

MEL CRUDUM, roher Honig/ (1. Pfund 10. kr.) Deſpumatum eſt vulnerarium, rumpit abſceſſus & ulcera mundat, hinc in vulneribus & ulceribus pectoris & abſceſſibus frequenter præſcribitur.

MEL ROSATUM SIMPLEX, ſchlecht oder einfach Roſen-Honig/ (1. Loht koſtet 2. kr.) Eſt etiam vulnerarium. *Roſatum ſolutivum* datur infantibus lumbricantibus ad ʒiß. vel ʒij.

MEL VIOLATUM, ſchlechter Violen Honig/ (1. Loht 2. kreuz.) Obtinet easdem vires.

MERCURIUS, Queckſilber/ (1. quintl. 16. kr.) Vide Lit. A. Argentum vivum.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS, (1. quintl. 8. kr.) Eſt nihil aliud, quàm ejus corroſio, ordinariè enim præcipitatur Mercurius cum ſpirit. acidis ſpir. vitriol. ſulphuris, nitri item aq. fort. in quâ Mercurius ſolvitur, præcipitatur aq. ſalſa & in fundo colligitur Pulvis, qui dicitur Mercurius

Digitized by Google

præcipitatus, ſi fiat talis præcipitatio cum ſpiritu ſulphuris, fit Mercurius præcipitatus albus, ſi cum ſpir. vel ol. vitrioli procedit flavus, ſi cum ſpiritu ſalis, nitri, aut aq. fort. colligi poteſt in formâ pulveris rubri, poteſt etiam Mercurius per ſe præcipitari: ℞. *Mercur. viv.* immitte cucurbit. plani fundi & ſtrictiſſimi orificii, impone arenæ. unde lento igne ſucceſſivè & temporis intervallo longiori Mercurius ſpontè abit in pulverem rubrum, qui dicitur Mercurius præcipitatus per ſe. Ratio autem, quare à lentâ illâ digeſtione Mercurius abeat in pulverem præcipitatum rubeum hæc eſt, quia ignis ſulphuris, quod in Mercurio latet, ſeparat, quod Mercurium tali colore tingit: Præcipitati hi Mercurii omnes violentiſſimum ſunt remedium *ἄνω* & *κάτω* purgans, & ſolùm audacioribus in uſu ſunt, doſ. gran. 4. Chymici autem talia Mercurialia exhibentes, ut plurimum illa prius ſolent figere, ut decedant ad naturam diaphoreticam, verùm quicquid ſit, nunquam largi debemus eſſe in doſi mercurialium, ne famæ periculum incurramus: præcipitata Mercurialia tutius externè adhibentur in affectibus cutis pro coſmetico, contra ſcabiem, luem veneream, ulcera cacoëthica & ad gangrænam inclinata, ſi nempe ſolvuntur in aq. roſarum & cutis deformata linteolo leviter tingatur.

SUBLIMATIO MERCURII, (1 ℥ obt 6. ſr.) Inſtituitur partim cum ſalibus corroſivis, partim cum ſulphure. illa in ſublimatione producunt Mercurium ſublimatum, hoc Cinnabarim: ℞. *Mercurii in aq. fort. ſoluti, Vitrioli exſiccat. ſalis decrepit. aa. miſc.* exactè in cucurbita humili ſublima, & habebis Mercurium ſublimatum. Nota, ſi Mercurius cum duplo Nitri & Vitrioli calcinati igne forti ſublimetur, elevatur inde Mercurius non ita corroſivus, quòd ſi verò Mercurius cum adjuncto ſale communi ſublimetur, evadit admodùm corroſivus: Nunquam internè exhibetur ſublimatus, quia eſt venenum potentiſſimum, externè tamen invenit locum, ubi caro luxuriat & ulcera maligna proſtant.

MERCURIUS DULCIS, (1. quintl. 16. ſr.) fit, quando ſublimato Mercurio additur Mercurius vivus, quia corroſivitas mercurii ſic temperatur & provenit remedium dulce, eſt commodum purgans, & ſæpe præſcribitur in ſcorbuto, impuritate ſanguinis, lue venerea, lepra, hydrope, catharris, valet contra lumbricos, in doſi poſſumus aſcendere uſque ad gr xij. & ℈j. Infanti autem ultra gran ij vel iij. vix præſcribimus, e.g. ſint ordinandæ Pilulæ pro adulta in menſium ſuppreſſione aut intemperie ſanguinis frigida aut pituitoſa: ℞. *Extr. maſſ. pil. bier. picr. cum agarico, belleb. nigr. aa. gran. xv. trochiſc. alband. gran. ij. Mercur. dulciſ. gran. iv. v. vj. ol. fœnic. gutt. iij.* Fiant Pilulæ num. xv. deaurentur.

MERCURIUS VITÆ, (1. quintl. 24. ſr.) Fit, quando butyrum antimonii rectificatur & infundatur aqua communis frigida, ſic ſucceſſivè in

fundum

Digitized by Google

fundum ſecedit pulvis, aliis dictus *Mercurius Vitæ*, qui quamvis panchymagogum, ſat tamen ſæpius ad gran.iij.vel iv.datus evadit *Mercurius mortis*.

MILLEPEDES, Keller-eſel/ (1.quintl.6.fr.) vide Aſelli.

MINIUM, Mennig/(1.Pfund koſtet 16.fr.) vide ſupra *Ceruſſam*: refrigerat & exſiccat vulnera & ulcera ſordida, præprimis, quæ pedes ſcorbuticorum & hydropicorum affligunt.

MITHRIDATIUM DAMOCRATIS, (1.Pfund koſtet 2.Guld. 30.fr.) Eſt laudatiſſimum alexipharmacum & anodynum, mulierculæ illud cum ſucceſſu exhibent infantibus magnitudine piſi in colicâ, vomitu & fluxu alvi: Externè ventriculo vel umbilico in formâ emplaſtri ad ʒß. uſque ad ʒj. imponi poteſt, ſi umbilico imponitur fit Emplaſtrum in formâ thaleri.

MIVA CYDONIORUM, Quittenſafft mit Wein/ (1.Loht 2.fr.) Eſt convenientiſſimum ſtomachicum.

MIXTURA SIMPLEX, (1.Loht 32.fr.) Deſcribitur à Schrödero, in nonnullis Officinis paratur cum additione Spiritûs Cornu Cervi, valet contra quamplurimos morbos, præſertim quùm proveniunt ab obſtructione lienis & hepatis, in calculo & ſcorbuto magnum quoque eſt remedium. ℞. *Mixtur. ſimpl.* ʒij. febribus tam benignis quàm malignis pro ſcopo ſudandi etiam feliciter ordinatur.

℞. *Aq. Bezoard.* ℥vj.
Card. Bened. ℥j.
Mixtur. ſimpl. ʒß.
Rob. ebul. ʒiß. M. F. Potio.

MIXTURA ANTIHYPOCHONDRIACA. Proſtat etiam in multis Officinis, & ſæpius præſcribitur, paratur ex ſpiritibus ſpleneticis, & eſt nobile aperitivum in morbis lienis: ℞. *Mixtur. hypochondr.* ʒij. *S.* Mixtur zu 30. Tropffen. Vel ſi talis mixtura non proſtat, poteſt alia ex tempore ſic ordinari:

℞. *Spir. Filic. Cochlear. aa.* ʒj.
Sal. armon. Mixtur. ſimpl. aa. ʒß.
M. d. 20. Guttulæ.

MORSULI IMPERATORIS, (1.Pfund 1.Guld. 30.fr.) Confortant ſtomachum apud illos, qui utuntur acidulis.

MOSCHUS ORIENTALIS, der beſte Biſam/ (1.Gran 4.fr.) De hujus origine moderni à veteribus diſcrepant, ſtatuunt enim hi illum depromi ex caprâ quâdam, quæ circa umbilicum habeat vomicam, in quâ ſit incluſus moſchus, ſed hæc opinio non videtur eſſe firma, teſtantibus enim hiſtoriographis alia animalcula in provinciis Chinæ moſchum ſuppeditant, habitant illa ſub terrâ inſtar cuniculorum, quæ capta canibus vel reti-

bus ſubitò jugulantur, & ſanguis ab ipſis effuſus in vaſe mundo colligitur, poſt illis abſtrahunt pelles, viſcera eximunt, & ab immunditie liberant, poſt ſanguinem unà cum reliquis partibus in mortario lapideo contundunt in maſſam, quâ folliculos horum animalculorum infarciunt, loco umbroſo ſuſpendunt & exſiccant, deinde ſub terram, quæ urina ſolet humectari effodiunt, & poſt triduum rurſus eximunt, & denuò exſiccant, habentque moſchum paratum: Quòd verò moſchus non habeat originem à caprâ, vel exinde liquet, quia illa eſt valde rara & peregrina, & nihilominus tota Europa, Aſia & Africa, ut & America multùm moſchi poſſidet. Ipſa etiam experientia teſtatur, moſchum fieri ex partibus carnoſis & ſanguineis, quando enim ſolvitur in aquis ſudoriferis filamenta nervea & carnoſa præſentare ſolet. Convenit cerebro & cordi, quia reſocillat ſpiritus. Mulieres ab ejus odore facilè fiunt hyſtericæ, nihilominus tamen eſt etiam nobile remedium contra paſſionem hyſtericam, ſi imponatur pudendis, interim cavendum, ne odor feriat nates mulierum:

℞. *Ol. nuc. moſch. expr.* ℈j.
Zibeth. ℈ß. M.
applicetur cum bombycibus locis mulieribus.

MUMIA, (1. Lohe koſtet 4. kr.) Præparatur ex carne humanâ, olim Veterum Mumia erat liquor quidam craſſus ortus ex conditurâ cadaverum cum myrrhâ & aloë facta, vendebatur olim ab Arabibus, ſed hodie haberi nequit. Eſt alia quædam ſpecies Mumia Ægyptiaca dicta, quæ fit, quando cadavera replentur aſphalto, è quibus ſucceſſu temporis emanat liquor, qui incraſſatus conſtituit mumiam. Vulgaris illa mumia conſtat ex bitumine, pice nigrâ, quibus liquor cadaverum incoquitur ad odorem conciliandum: Majoris efficaciæ eſt illa, quæ ſub formâ cadaverum & partium hominis affertur, uti ſunt illa cadavera recondita ſub arenâ in Lybia ubi procellæ ſæpius tantas turbas excitant, ut peregrinantes ex proviſo arenâ obruantur & ſepeliantur, in quibus poſtea virtus mumialis magni æſtimanda eſt, quia propter terrorem, quem homines iſti concipiunt, ſpiritus concentrantur. Ex Indiâ etiam integra cadavera unà cum veſtibus ad nos transferuntur. Eſt nobile remedium in vulneribus, acceptis plagis, caſu ab alto, dolore iſchiadico, ubi ſanguinem coagulatum potenter diſſolvit. Mumia artificialis præparatur ita: ℞. *Carn. Hom. violent. mort. perempt.* q. placet, ſive muſculos cum membranis ſuſpenſi hominis, macera per horas 24. in ſpiritu ſalis, poſt exſicca leniter, & muſculos cum myrrhâ pulveriſata frica, ut tantum adhæreat, quantum fieri poteſt, pòſt exſiccentur bene in aëre libero, vel muſculi abſciſſi cum ſpiritu vini probè inebriantur, & in aëre ſicco non autem pluviali ſuſpendantur, & quotidie fumo ligni vel baccarum juniperi perfumantur.

Myroba-

Digitized by Google

MYROBALANI, Myrobalan/(1. Loht koſtet 4. kr.) Quinque horum genera à Pharmaceuticis recenſentur, naſcuntur in arboribus prunis ſimilibus, diſtinguuntur fructus quoad formam externam colore & magnitudine, conveniunt autem in eo, quòd ſint confortativi cerebri, & in ſpecie memoriæ, & inſimul habeant vim ſtimulandi alvum.

MYRRHA, Myrrhen/ (1. Loht 4. kr.) Eſt gummi reſinoſum arboris exoticæ: affertur ex Arabiâ & Æthiopiâ: in uſu medico eligenda eſt friabilis, & quæ confracta intrinſecus lineas candidas affert. Laudatiſſimi eſt uſus in uteri obſtructione, nempe in ſuppreſſione menſium, partus difficultate. &c. Sit ordinandus Pulvis, movens menſes. ℞. *Myrrh. gran. v. Fecul. bryon. gr. xv. Cinam. Succin. aa.* ℈ß. *Croc. gr. iij.* F. Pulvis, dividatur in tres partes æqual. miſc. In Partu difficili: ℞. *Myrrh. el. gr. vij. Succin. alb. præp. gran. xv. miſc.* F. Pulvis. Cæterum eſt inſigne alexipharmacum, & putredini reſiſtens, etiam externè in ulceribus & vulneribus, propterea ingreditur Elixir proprietatis & Tincturam bezoardicam.

N.

NASALIA, Naſen-Artzney oder Zäpfflein/ (N. 1. koſtet 2. kr.) Non ſunt adeo in uſu.

NIL ALBUM, weiß Nicht/ Annen Nicht/ (1. Loht 1. kr.) In præparatione æris colligitur. eſt conveniens abſterſivum in ulceribus & vulneribus malignis, & cùm careat roſione, in oculorum inflamationibus adhibetur.

NITRUM, Salpeter/ Salniter/ (1. Pfund 24. kr. 1. Loht 1. kr.) Eſt Sal ſulphureum naturæ conſtans ſulphure admodum tenui & volatili, capit enim originem ex terrâ quâdam pingui, ex quâ excoquitur & elixiviatur, & tali quidem terrâ, quæ ab animalium urina & ſtercoribus humectatur, quod ſal volatile urinoſum copioſo ſulphure imprægnatum, ſenſim ſenſimque ab acido in tali terrâ latente ſubigitur & immutatur, donec duo illi ſalia in tertium quoddam concreſcant, Nitrum nimirum, hinc nitrum aliud nihil eſt, quàm ſal ſalſum conſtans ex acido ſulphure & ſale alkalico ſibi invicem junctis. Quod modus generandi nitrum ita ſe habeat, ex eo apparet, ſi terra in cumulum coacervata & ab injuriâ aëris & pluvia munita imprægnetur urinâ humanâ vel animalis, fiat inde lixivium, tunc poſt evaporationem perfectum apparebit nitrum. Vires & uſus Nitri vide ſub Lit. L. de *Lap. prunell.*

NUCES.

NUCES AVELLANÆ contra Peſtem, quackſilberte Haſelnüſſe wider die Peſt/ (N. 1. 6. kr.) implentur argento vivo & graſſante malignitate, exterius pro amuleto ſuſpenduntur.

Nuces *TRIBULI AQUATICI*, Waſſernüſſe/ Spitznüſſe/ Stachelnüſſe/ (1. Loht 2. kr.) Sunt diureticæ.

Digitized by Google

Nuces Cupreſſi, Cypreſſennüß/ (1. Loht koſtet 2. fr.) Propter vim aſtringendi conveniunt in hæmorrhagiis.

Nuces Indicæ Conditæ & Moschatæ, außerleſene Muſcatnüß/ (1. Loht 5. fr.) Vide Vires ſub titulo *Conditorum* ſupra.

Nuces Pineæ, Zirbelnüßlein/ (1. Loht 2. fr.) & Pistaceæ, Welſch Pimpernüßlein/ (1. Loht 8. fr.) Nutriunt in atrophiis, phthiſi & hectica, ſi inde paretur emulſio: E. gr.

℞. *Amygd. dulc.* ℥ij.
Pinear. recent. ʒvj.
Sem. papaver. alb. ℥iß.
Aq. Veronic. ℥ix. *vel* x.

F. Emulſio, edulcoretur Sacch. perlato.

Nuces Mespilorum, Miſpelkern/ (1. Loht 1. fr.) Adſtringunt.

Nuces Persicorum, Pferſingkern/ (1. Loht 1. fr.) Sunt diureticum, in cephalalgia & morbis capitis à cauſa calida ingrediuntur epithemata. E g.

℞. *Flor. roſ. rubr. Nymph. Melilot. aa.* P. j.
Summit aneth. Mß.
Ol. papav. ℈ij.
Sem. Lactuc. Papav. alb. aa. ʒij.
Nucl. perſic. num. x.

Inciſa groſsè dentur, aſpergantur aquâ epilepticâ Langii. Applicantur fronti intra duplicaturam lintei.

Nux Vomica, Krähenäuglein/ (1. Loht 3. fr.) Eſt fructus arboris cujuſdam in Indiâ, ab Arabibus in uſum Medicum eſt introducta, eſt alexipharmacum, ſunt qui ad præſervationem peſtis illam ſolent ſubdere linguæ & medicamentis alexipharmacis immiſcere.

O.

OCULI CANCRI, Krebsaugen / Krebsſtein/ (1. Loht 4. fr.) Totus cancer quantus quantus eſt, eſt medicamentoſus, ſunt qui lapillos cancrorum crudè pulveriſatos, præferunt præparatis, in pleuritide præſtant id, quod mandibulæ Lucii piſcis. Abſorbent humores ferocientes, in hæmorrhagiis multùm præſtant, ſic in vomitu cruento, qui periculoſus ſatis eſt, vix fallit ſequens Pulvis,

℞. *Ocul. cancr. præpar. Corall. rubr. aa. gran.* xv.
M. F. Pulvis pro unâ doſi.

Oculi cancrorum in vulneribus cum aceto propinati optimum etiam dant remedium.

OLEA DESTILLATA.

Sunt Salia volatilia plantarum & aromatum ab acido occulto, quod ſecum

ſecum ferunt concentrata, adeò ut jam participent de portione ſeminali & reſinoſâ & craſi tota ſui ſimplicis.

OLEA DESTILLATA eadem non ſemper fiunt ſibi ſimilia, & magna inter illa eſt diverſitas. quod fit, quando in deſtillatione committitur error, & alembicus non ſat refrigeratur, adeo ut partes pinguiores & reſinoſæ nimiùm comburantur. Reſident autem Olea ſubtiliora utplurimùm in floribus, utpote in quibus volatilium plantarum partes magis reſervantur. Sunt autem Olea aromatica valdè chara & pretioſa, hinc ut quis parcat nummis & in deſtillatione tamen laudabile Oleum aromaticum acquirat, illa ſic deſtillare poteſt: ℞. *Ol. olivar.* abſtrahe illud aliquoties ſuper *Cinamomo*, & habebis Ol. cinamom. laudabile & ſat copioſum: Vel ℞. *Ol. cinam. vel caryophyll.* aut quod placet, *miſc.* cum *ol. olivar. vel amygdalar.* deſtillentur ſimul.

Olæ hæc ut plurimùm inſerviunt præparandis Balſamis, de quo vid. Liter. B.

OLEUM ABSYNTHII, diſtillirt Wermuht-öhl/ (1. Loht koſtet 1. Gulden/ 1. Tröpflein 2. pfen.) Eſt præſtantiſſimum ſtomachicum in morbis ejus frigidis & à cruditate oriundis: E. g. ℞. *Ol. abſynth. menth. Baccar. junip. deſtillat. aa.* ℈j. *miſc.* quod oleum obtinebit ſimul egregiam vim carminativam in affectibus colicis, tam uteri quàm inteſtinorum.

OLEUM AMMONIACI, Vide *Ammoniacum.*

OLEUM ANETHI, Dillöhl/ (1 Loht 48. kr. 1. Tröpfflein 2. pfen.) Valet contra flatus, ſedat dolores, & in morbis capitis calidis phreniticis, &c. conciliat ſomnum illitum temporibus & fronti: E. g. poteſt in tali caſu præſcribi nobile hoc anodynum & ſomnum inducens.

℞. *Ung alabaſtr.* ℥ij.
Ol. nuc. moſch. expr. ℈j.
Stillat. Aneth. gutt. iv.
Extr. Croc. gran. iij.
M. F. Unguentum. S. Sälblein an die Schläff und Stirn.

OLEUM ANIMÆ, Anime-öhl/ (1. Loht 2. Guld. 1. Tröpfflein 1. kr.) Eſt anticatharrale.

OL. ANGELICÆ, Angelic-öhl/ (1. Loht 2. Guld. 30. kr. 1. Tröpfflein 1. kr.) In morbis malignis ingreditur Balſamos præſervativos & alexipharmacos, eſt etiam egregium carminativum.

OL. ANISI, Anis-öhl/ (1. Loht 20. kr. 1. Tröpfflein 1. pfen.) Inter carminativa etiam non inferiorem occupat locum, eſt in uſu frequentiùs in aſthmatibus, tuſſi, aliiſque morbis pectoris:

℞. *Unguent. pector.* ℥ß.
Ol. deſtill. aniſ gutt. vj. vel viij. M.

Oleum

Oleum Antimonii, Spießglaßöhl/ (1. Loht koſtet 1. Guld. 1. Tröpfflein 1. kr.) & Arsenici, weiß Rattenpulver-öhl/ (1. Loht 48. kr.) In gangræna & ulceribus gangrænoſis externè uſurpantur.

Ol. Aurantiorum, Pomerantzenſchelffenöhl/ (1. Loht 1. Guld. 1. Tröpfflein 2. pfen.) Refertur inter carminativa, hinc in colicâ commodiſſimè adhibetur & in dolore uteri.

Ol. Baccarum Lauri, Lorbeer-öhl/ (1. Loht 3. Guld. 1. Tröpfflein 1. kr.) Easdem habet virtutes.

Ol. Basilici, Baſilien-öhl/ (1. Loht 2. Guld. 1. Tröpfflein 1. kreutzer.) Non eſt in uſu.

Ol. Benzoin, Benzoin-öhl/ (1. Loht 1. Guld. 20. kr. 1. Tröpfflein 3. pfen.) Valet in catharris defluentibus ad pectus.

Ol. Calami Aromatici, Calmus-öhl/ (1. Loht 2. Guld. 1. Tröpffl. 3. kr.) Eſt antidyſentericum nobile, hyſtericum & anticolicum.

Ol. Camphoræ, Campher-öhl/ (1. Loht 4. Guld. 1. Tröpffl. 1. kr. 2. pfen.) Videtur nihil aliud eſſe, quàm ſolutionem camphoræ, quia rejectum ſuper aquam frigidam rurſus concreſcit in camphoram, hinc ſunt multi, qui camphoram ſolvunt in Ol. amygd. & pro Ol. camph. venditant, verùm hoc etiam genuinum & verum Camphoræ ol. non eſt, quia tamen fortè acquiri poteſt per ſubinde repetitam deſtillationem, ſic largietur medicamentum in morbis malignis celeberrimum, de quo ipſe teſtatur D. Waldſchm. ſe in peſte Hannovienſi, vix vidiſſe præſtantius remedium:

℞. *Aq. Galeg. Card. ben. aa. ℥ij.*
Ol. Succin. Camphor. aa. gutt. xj.
Sacch. perlat. ℥iß. M. F. Potio.

Ol. Cardamomi, Cardamomen-öhl/ (1. Loht 4. Guld. 1. Tröpfflein 1. kr. 2. pfen.) Convenit cerebro ſtomacho & cordi.

Ol. Carui, Wieſenkümmel-öhl/ (1. Loht 30. kr. 1. Tröpfflein 1 pfennig.) Refertur etiam inter carminativa nobiliora.

Ol. Caryophyllorum, Nägelein-öhl/ (1. Loht 2. Guld. 1. Tröpffl. 1. kr.) Eſt antihyſtericum & ſtomachicum.

Ol. Ceræ, Wax-öhl/ (1. Loht 40. kr.) In ſtranguriâ & calculo laudatur.

Ol. Chamomillæ, Chamillen-öhl/ (1. Loht 4. Guld. 1. Tröpffl. 1. kr. 2. pf.) Laudatur in colicâ, in dolore ventriculi & uteri flatulento.

Ol. Castorei, Bibergeil-öhl/ (1. Loht 6. Guld. 1. Tröpfflein 2. kreutz.) Convenit in paſſione hyſtericâ, menſium ſuppreſſione, epilepſiâ & paralyſi.

Ol. Cerefolii, Körbel-öhl/ (1. Loht 2. Guld. 1. Tröpfflein 2. pfen.) Eſt diureticum.

Ol. Cinamomi, Zimmet-öhl/ (1. Loht 10. Guld. 1. Tröpfflein 4. kreutz.) Eſt cardiacum & virium reſtaurativum.

Oleum

Oleum *Cochleariæ*, Löffelkraut-öhl/ (1.Loht 4.Guld. 1.Tröpffl. 1.kr. 2.pf.) Eſt miræ efficaciæ in ſcorbuto, ſed rara avis.

Ol. *Corticum Citri*, Citronenenſchalen-öhl/ (1.Loht 1.Guld. 1. Tröpfflein 2.pfen.) Eſt cardiacum in affectibus cordis inductis à malignitate.

Ol. *contra Vermes*, Uſum non habet.

Ol. *Coriandri*, Coriander-öhl/ (1.Loht 1.Guld. 30.kr. 1.Tröpfflein 3.pf.) Eſt cephalicum & ſtomachicum.

Ol. *Cornu Cervi*. Hirſchhorn-öhl/ (1.Loht 1.Guld. 1.Tröpfflein 2. pfen.) Quia turgidum eſt ſal volatile excitat diaphoreſin, ſedat paſſionem hyſtericam & epilepſiam & malignitati reſiſtit.

Ol. *Coſti veri*, (1.Loht 8.Guld. 1.Tröpfflein 2.pfen.) In affectibus cerebri & nervorum frigidis laudatur.

Ol. *Cranii humani*, diſtillirt Oehl auß Menſchen-hirnſchal/ (1.L.3.Guld. 1.Tröpfflein 1.kr. 2.pfen.) Convenit in catharris & affectibus arthriticis.

Ol. *Cubebarum*, Cubeben-öhl/ (1.Loht 2.Guld. 1.Tröpffl. 1.kr.) Diſcutit flatus, confortat cerebrum.

Ol. *Cumini*, Römiſch Kümmel-öhl/ (1.Loht 48.kr. 1.Tröpfflein 2.pfen.) Eſt carminativum.

Ol. *Enulæ*, Alantwurtzel öhl/ (1.Loht 2.Guld. 30.kr. 1. Tröpfflein 1. kr.) Eſt antiaſthmaticum.

Ol. *Euphorbii*, (1.Loht 2.Guld. 1.Tröpfflein 3. kr.) Reſolvit humores craſſos & pituitoſos.

Ol. *Fœniculi*, Fenchel-öhl/ (1.Loht 40.kr. 1.Tröpffl. 1.pfen.) Pertinet ad nobiliora carminativa, hinc in morbis ventriculi & uterinis commodiſſimè præſcribi poteſt.

Ol. *Galbani*, (1.Loht 2.Guld. 1. Tröpfflein 3. pfen.) Etiam in paſſione hyſtericâ prodeſt.

Ol. *Granorum Juniperi*, In affectibus renum nephriticis, iſchuria & ſtranguria nobile vid. Ol. abſynth. & Empl. ibi datum.

Ol. *Hyſſopi*, Yſop öhl/ (1.Loht 2.Guld. 1.Tröpfflein 3. pf.) Eſt pectorale.

Ol. *Lavendulæ*, Lavendel-öhl/ (1.Loht 3.Guld. 1.Tröpfflein 1.kr.) Convenit cerebro, utero, adſcribitur herbis aromaticis, earumque virtutes æmulatur.

Ol. *Leviſtici*, Liebſtöckel-öhl/ (1.Loht 1.Guld. 4.kr. 1.Tröpfflein 2. pfen.) Uterinum eſt.

Ol. *Guajaci*, Frantzoſenholtz-öhl/ 1.Loht 40.kr. 1. Tröpfflein 1.pfenning) *& Rhodii*, Rhodiſerholtz-öhl/ (1.Loht 2.Guld. 1.Tröpfflein 3. pfen.) Cephal. calida ſunt, ol. lign. Rhodii conciliat gratum odorem.

Ol. *Macis*, Muſcatenblüht öhl/ (1.Loht 3.Guld. 1.Tröpffl. 1.kr.) Utrumque uterinum ſtomachicum infantibus colicâ laborant. externè illinitur.

L Oleum

Oleum *Majoranæ*, Majoran-öhl/ (1. Loht koſtet 2. Guld. 1. Tröpflein 3. pf.) In catharris habet uſum.

Ol. *Maſtichis*, Maſtix öhl/ (1. Loht 1. Guld. 30. kr. 1. Tröpflein 3. pfennig.) Sedat vomitum & fluxus alvi: ℞. *Ol. abſynth. deſtill. Maſtich. deſtill. aa.* ℈iß.

Ol. *Mellis*, Honig öhl/ (1. Loht 40. kr.) Diſſolvit tumores tartareos.

Ol. *Meliſſæ*, Meliſſen-öhl/ (1. Loht 3. Guld. 1. Tröpflein 1. kr.) Alexipharmacum eſt & uterinum.

Ol. *Menthæ*, Balſamkraut-öhl/ (1. Loht 1. Guld. 1. Tröpflein 3. pfen.) Vide Ol. Abſynth. & Maſtich.

Oleum *Nucis moſchatæ expreſſum*, außgepreßt Muſcatnuß-öhl / (1. Loht 32. kr.) & *deſtillatum*, diſtillirt Muſcatnuß-öhl/ (1. Loht 2. Guld. 1. tröpfl. 3. pf.) Eſt laudatum uterinum, cephalicum & ſtomachicum, in paſſione hyſterica ſic præſcribi poteſt:

℞. *Ol. nuc. moſch. expr.* ℈j.
Zibethi ℈ß.
M. S. Mit Baumwoll vulvæ applicandum.

Oleum *Olibani*, Weyhrauch-Oehl/ (1. Loht 1. Guld. 36. kr. 1. tröpfl. 3. pf.) In catharris frigidis.

Ol. *Origani*, Wohlgemuht-öhl/ (1. Loht 1. Guld. 1. Tröpflein 2. pfen.) Eſt carminativum.

Ol. *Palmæ*, Palm-Oehl/ (1. Loht 4. kreutz.) Conducit in pleuritide.

Ol. *Petroſelini*, Peterſilien-Oehl/ (1. Loht 2. Guld. 1. tröpflein 3. pfen.) In affectibus nephriticis iſchuria in & externè adhibetur.

Ol. *Piperis*, Pfeffer-Oehl/ (1. Loht 2. Guld. 30. kr. 1. tröpflein 1. kr.) In paralyſi externè prodeſt.

Ol. *Pulegii*, Poley-Oehl/ (1. Loht 2. Guld. 1. tröpflein 3. pfen.) In morbis uteri frigidis commodè ordinatur.

Ol. *Roriſmarini*, Roſmarin-Oehl / (1. Loht 40. kr. 1. tröpflein 2. pfen.) In apoplexia, vertigine, palpitatione cordis, &c. effectum præſtat.

Ol. *Roſarum*, diſtillirt Roſen-Oehl/ (1. Loht 15. Guld. 1. tröpflein 4. kr.) Eſt cordiale nobile, præprimis quando cor in morbis malignis & febribus multùm patitur.

Ol. *Rutæ*, Weinrauten-Oehl/ (1. Loht 2. Guld. 1. tröpflein 3. pfen.) Meretur laudem in apoplexia, paralyſi, aliiſque nervorum morbis: E. gr. ℞. *Ol. nuc. moſch. expr.* ℈j. *Ol. ſtillat. ſuccin. rut. Balſ. vitæ aa. gut. iij. vel iv. Ambr. moſch. aa. gr. ij. miſc.* S. Köſtlicher Haupt-Balſam. Vel poteſt recipi Balſamus rutæ, E. g.

℞. *Balſam. Rutæ, Succin. Vitæ, aa.* ℈ß.
M. S. ut antè.

Eſt etiam Oleum hoc egregium alexipharmacum.

Oleum

Oleum *Sagapeni*, (1. Loht koſtet 2. Guld. 1. tröpfflein 3. pfen.) Reſolvit & emollit tumores ſcirrhoſos.

Ol. *Sabinæ*, Sevenbaum-Oehl/ (1. Loht 2. Guld. 1. tröpfflein 3. pfennig.) Aperit menſes, expellit fœtum, aliiſque uteri morbis medetur. E. gr. in partu difficili: ℞. *Ol. lil. alb.* ℨiiß. *Sill. Sabin.* ℈j. *Zibeth.* ℈ß. *miſc.* inungantur muliebria externè.

Ol. *Salviæ*, Salbey-Oehl/ (1. Loht 2. Guld. 1. tröpfflein 3. pfen.) Commendatur in paralyſi & morbis comatoſis.

Ol. *Saponis*, Seiffen-Oehl/ (1. Loht 16. kreuz.) In affectibus arthriticis ſedat dolores, & reſolvit humores tartareos.

Ol. *Satureja*, Sadaney-Oehl/ (1. Loht 2. Guld. 1. tröpfflein 3. pfen.) Conſervat vires, reſerat obſtructiones in nervis.

Ol. *ſerpilli*, Quendel-Oehl / (1. Loht 2. Guld. 1. tröpfflein 3. pfen.) In morbis capitis frigidis catharralibus efficaciam ſuam exercet.

Ol. Succini, Agtſtein-Oehl/ (1. Loht 30. kr. 1. tröpfflein 1. pfen.) Præparatur hoc modo: ℞. *Succin. flav. integr.* ℥iv. *aren. purific.* ℥viij. *miſc.* Inde retortæ vitreæ, deſtilla per horas præter propter 6. exalta ignem quantum poteris, & prodibit liquor albus primò, ſequetur pòſt verum oleum ſub liquore flavo & ſub rubro, ubi ſimul haberi poteſt ſal volat. ſuccini, quod hærebit circa latera recipientis & collum retortæ, ubi ſal volatile ſeparabis à vaſibus, & totam maſſam olei ad uſum depone, quod alii rectificant per ſpirit. vini aut aquam, ſed non videtur opus, quia ſal volatile, quod in oleo eſt, maximam partem ſeparatur. Eſt egregium hyſtericum & uterinum in morbis uteri frigidis.

℞. *Ol. Succin. deſtill.* ℈j.

D. S. Aeuſſerliches Oehl.

In lethargo, apoplexiâ, epilepſiâ humores craſſos potenter corrigit & reſolvit:

℞. *Ol. rut. Succin. aa.* ℈ß.

M. S. Oehl/ quo nares, tempora & vertex inungi poſſunt.

Ol. Tanaceti, Reinfarn-Ohl/ (1. Loht 2. Guld. 1. tröpfflein 3. pfen.) Inunctum umbilico necat vermes.

Ol. Thymi, Thymian- oder Welſch Quendel-Oehl/ (1. Loht 2. Guld. 1. tröpfflein 3. pfen.) Conducit in morbis capitis, ſtomachi & uteri.

Ol. *Vitrioli*, Vitriol-Oehl/ (1. Loht 40. kreuz.) Vide *Spir. Vitrioli.*

Ol. Zedoariæ, Zittwen-Oehl/ (1. Loht 4. Guld. 1. tröpfflein 2. kr.) Eſt anticolicum.

OLEA COCTA.

Oleum *Absynthii*, Wermuht-Oehl/ (1. Loht 2. kr.) Stomacho eſt dicatum.

℞. *Ol. Abſynth. Maſtich. Nardin. aa. coct.* ℨj. M.

Oleum *AMYGDALARUM DULCIUM*, friſch ſüß Mandel-Oehl (1. Loht 4. fr.) Internè laxat alvum, ſedat colicam, promovet urinam, in calculoſis ſedat dolorem nephriticum. E. g. in calculo ſic ordinetur:

℞. *Ol. amygdal. dulc. Butyr. aa.* ℥ß.
Sperm. cet. ℨß.
Vin. malvat. ℥ij. M.

quæ Potio magnæ efficaciæ erit, præſertim in ipſo paroxyſmo. In partu difficili, unà cum aliis oleis humect. & vires relaxantibus ordinari poteſt.

℞. *Ol. Amygd. dulc. Lil. alb. aa.* ℨvj.
Ceirin. ℨij.
Pingued. gallin. ℨiij.
Mucilag. ſem. Lini cum aq. malv. extr. ℨiij.

M. F. Linimentum, quo partes genitales per momenta inungi poſſunt.

Ol. *AMYGDALARUM AMARARUM*, bitter Mandelöhl/ (1. Loht 4. fr.) Vid. Amygdalas amaras.

Ol. *ANODYNUM*, Oehl wider die Schmertzen / (1. Loht 2. freutz.) Externè pro ſedandis doloribus convenit, præparatur ex vegetab. anodynis.

Ol. *CAMPHORÆ*, gemein Campheröhl/ (1. Loht 8. freutz.) Valet contra inflammationes, quia valdè penetrat.

Ol. *CAPPARUM*, Cappernöhl/ (1. Loht 4. fr.) In obſtructione lienis conducit.

Ol. *de CASTOREO*, Biebergeilöhl/ (1. Loht 6. fr.) In convulſionibus & affectibus paralyticis magni uſus.

℞. *Ol. Rut. Vulpin. Caſtor. aa. coct.* ℨiß.
M. S. pro inunctione ſpinæ dorſi.

Ol. *CYDONIORUM*, Quittenöhl/ (1. Loht 2. fr.) Eſt laudatiſſimum ſtomachicum, præprimis in vomitu, alvi fluxu cruento, aliisque morbis inteſtinorum, ubi adſtrictione opus.

Ol. *FORMICARUM*, Ameiſſenöhl/ (1. Loht 12. fr.) In ſpaſmis, doloribus arthriticis, paralyſi eſt celebre.

Ol. *HYPERICI*, St. Johannesblumen Oehl / (1. Loht 4. fr.) Si ritè ſit præparatum, nullum ex vulnerariis ipſi par erit, modus parandi hic eſt: ℞. *Ol. ex ſem. hyper. per expreſſ.* facti, infunde ipſi flores hyper. fiet inde oleum rubrum, quod virtute mille balſamos vulnerarios ſuperabit.

Ol. *LINI*, Leinöhl/ (1. Loht 2. pfen.) Internè aſſumptum multùm præſtat in pleuritide.

Ol. *LUMBRICORUM*, Erdwürm-öhl/ (1. Loht 4. fr.) Eſt nobile vulnerarium & antiarthriticum.

Ol. *OLIVARUM*, Baumöhl/ (1. Loht 2. pfen.) Laxat alvum, ſiſtit dolores, unde ingreditur ſæpius clyſteres. Oleum

Digitized by Google

OLEUM *OVORUM*, Eyerdotter-Oehl/ (1 Loht koſtet 12. creutz.) Exprimitur ex vitello ovi, quod crebri uſus eſt in conſolidatione & maturatione vulnerum.

Ol. *PAPAVERIS Albi*, weiß Magſaamen-Oehl/ (1. Loht 6. kr.) Solet externè temporibus & fronti inungi in dolore capitis vigiliis nimiis & phrenitide, &c.

Ol. *PETRÆ*, weiß Peteröhl / Steinöhl / St. Catharinen Oehl / (1. Loht koſtet 4. kr.) In paralyſi convenit, reſerat obſtructionem nervorum, &c. affertur ex Italiâ & Sicilia.

Ol. *PHILOSOPHORUM*, Ziegelſteinöhl/ (1. Loht 4. kr.) Præparatur quando oleum olivarum affunditur lateribus ignitis, mixtaque deſtillantur ex retortâ, eſt in uſu in tumoribus duris, & defluxionibus frigidis, diſcutit enim & emollit.

Ol. *SCORPIONUM*, Scorpionöhl/ (1. Loht 6. kr.) In & externè multa præſtat in calculo tam veſicæ quàm renum, diſcutit flatus, hinc in ſpaſmis flatulentis & pleuritide ſpuriâ adhibetur. Suppreſſiones urinæ in iſchuria hoc oleo etiam curari poſſunt:

℞. *Ol. ſcorpion ſimpl.* ℥ß.

Pro ſedando dolore in calculo:

℞. *Ol. ſcorp. ſimpl. Amygd. dulc. aa.* ℥ß.

M. S. Aeuſſerliches Oehl/ quod ita ſolùm externè inungi poteſt, vel quando patientes ingredi jubentur balnea, tunc ante vel poſt balneum uſurpari poteſt: In iſchuriâ autem ſic præſcribi poteſt:

℞. *Ung. dialth. Ol. ſcorpion. Amygd. amar. aa.* ℥ß.
Ol. Terebinth. ʒij.
Croc. ℈j. M. F. Unguentum.

Ol. *STOMACHALE Cratonis*, Magenöhl/ (1. Loht 4. kr.) In affectibus ventriculi poteſt ordinari.

Ol. *TARTARI*, Weinſteinöhl / (1. Loht 4. kr.) In maculis faciei commodè adhibetur, deſtruit acidum, ſanat ſcabiem; vide *Ung. roſat.*

Ol. *TEREBINTHINÆ*, gemein Terpentinöhl/ (1. Loht 2. kr.) Dari poteſt etiam internè manè vehic. calido ad gutt. 5. vel 6. pro diureſi excitanda & flatibus diſſipandis.

Olea tam deſtillata quàm cocta in impotentia generandi ſæpius ordinantur, quod ſine magno pretio vix fit, breviter ſic procedere poſſumus:

℞. *Ol. nuc. moſch. expreſſ.* ʒvj.
Balſ. Peruv. ʒij.
Ol. deſtill. macis, Caryoph. aa. ℈j.
Zibeth. ℈j.
Moſch. gr. v. M. S. Balſamus Venereus, quo teſtes, lumbi, &c. inungi poſſunt.

L 3 Olibanum,

OLIBANUM, Weyrauch / (1. Loht koſtet 2. kr.) Eſt liquor reſinoſus, pellucidus, arboris alicujus thure prægnantis in Arabiâ, præfertur illud thus, quod colligitur in arboribus montanis: Nobiliſſimus ejus uſus eſt in capitis affectibus quamplurimis, in debilitate memoriæ, catharralibus defluxionibus, nec non quando humores acriores defluunt ad pectus, & exulcerationes cauſant, & cùm ſimul adſtringat, in hæmophtyſi non ſine effectu inſigni exhiberi poteſt in formâ Electuarii:

℞. *Conſerv. roſ. rubr.* ℥ij.
Veron. ℥j.
Lap. Hæmatit. Terr. ſigill. aa. ʒß.
Maſtich. Oliban. aa. ℈ij.
Hyoſciam. ℈j. F. cum ſyr. de ſymph. Electuarium.

In prædictis morbis capitis ſub formâ ſuffitus ordinatur. E.g. in catharralibus:

℞. *Flor. Lavend. Anthos. Salv. Roſ. rub. aa. P.ß.*
Herb. Major. M j.
Succin. flav. ʒj.
Thuris ℈ij.
Gumm. Heder. Junip. aa. ʒß.
Ambr. Moſch. aa. gr. ij.

M. F. Pulvis groſſus, datur ad Chartam. S. Hauſpulver.

Stomacho etiam admodùm utile eſt thus, hinc ubi morbi capitis proveniunt ex ſtomacho, e g. memoriæ debilitas poſſunt tempore matutino, pomeridiano & veſpertino 3. gran. thuris deglutiri. Præterea quia thus vi aſtringente etiam gaudet, in alvi fluxibus ſimili modo grana deglutiri poſſunt, nec non in mictione cruentâ.

OPIUM, (1. Loht 16. kr.) Eſt liquor deſtillans ex papavere ſauciato, creſcit in Luſitaniâ, Turciâ & Indiâ, & propriè Turcicum illud provenit ex capitibus papav. alb. quæ in vigore conſtituta Luna creſcente vulnerantur, unde ſuccus colligi ſolet; Vix videtur rationi conſentaneum Turcas prælium inituros opium devorare, pro acquirendâ animoſitate & ferociâ, teſtantibus enim hiſtoriis ſub graviſſimâ pœnâ illis eſt prohibitum, ne quid illorum ante prælium in corpus aſſumant, quòd mentis quietem & tranquillitatem turbare poſſit, hinc etiam vino illis eſt interdictum, quare autem iſti præ a iis populis in acie animoſiores ſint, fortè provenit ex articulo illo religionis, qui talis apud illos eſt, cujuslibet hominis mortem ab æterno à Deo eſſe reſervatam ad certum tempus, quòd nemo transgredi vel abbreviare poſſit. Methodum ordinandi vide ſupra in *Laudano opiato.*

OPOPANAX, (1. Loht 10. kr.) Eſt ſuccus gummoſus, qui probatur amaritudine & odore gravi, nec non quando in humido facilè ſolvitur: Habet vim emolliendi, aperiendi & incidendi humores craſſos & pituitoſos, hinc in affectibus lienis ſæpe uſurpatur.

OS

OS de CORDE CERVI, auffrichtige Hirſchkreutzlein/ (N.1. koſtet 10. kr.)

OSTEOCOLLA, Beinbruch oder Walſtein/ (1. Pfund 16. kr. 1. Loht 2. pf.) Vide ſupra Lit. G.

OXYMEL, ſaur Honig-Syrup/ (1. Loht 2. kr.) Simplex fit ex melle, aqua & aceto vini, quæ coquuntur ad conſiſtentiam ſyrupi liquidioris, convenit in affectibus pectoris pituitoſis & aſthmaticis: Eaſdem vires habet Oxymel pectorale.

OXYMEL CRATONIS, (1. Loht 3. kr.) Præſcribitur ab Helvetiis cum ſucceſſu, præſertim in Aſthmate & Cachexia experientia D. Königii.

OXYMEL SQUILLITICUM, ſauer Honig-Syrup mit Meer-Zwibel-Eſſig/ (1. Loht 2. kr.) Simplex fit ex melle deſpumato & aceto ſquillitico, quæ inter ſe coquuntur, reſolvit egregiè mucum craſſum in bronchiis, ita ut in aſthmate & reſpiratione difficili multi uſus ſit: idem præſtat etiam compoſitum:

℞. *Aq. Aſthmat. Veron. aa.* ℥iß.
Oxymel. ſquillit. ʒvj.
Julep. Roſ. ℥ß. M. S. Vermiſcht Lufftwaſſer.

OXYSACCHARUM *compoſitum*, der groß ſauer Syrup von Granaten-ſafft/ (1. Loht 4. kr.) & *ſimplex*, gemein Syrup/ (1. Loht 2. kr.) Sedant ſanguinis effervеſcentiam in febribus ardentibus malignis & variolis.

P.

PANIS DESTILLATUS, dat phlegma, ſpiritum acidum, oleum, quod tamen nullius eſt uſus: proſtat jam in officinis aqua panis, quæ in morbis ventriculi & inteſtinorum cruditatibus eſt laudabilis: corrigit etiam cruditates, obtinet vim carminativam, unde etiam fluxus alvi feliciter ſedat, ſi inde fiat mixtura, ſolet diſtillari illa aq. cum nuc. moſch. ſic in fluxibus alvi pro infante ſic ordinari poteſt:

℞. *Ocul. cancr. præpar. Lap. Bezoar. aa. gr. iij.*
Theriac. cœleſt. gr. ß. M. F. Pulvis pro unâ doſi.

℞. *Aq. pan. cum nuc. moſch. deſt.* ℥iß.
Syr. Corall. ℥ij.

M. S. Waſſer zum Pulver/ & habebis ſic remedium commodiſſimum. In nimio vomitu panis calidus vino generoſo madefactus utiliſſimus ſtomacho applicatur. Sic etiam in ſiſtendis ſingultibus & vomitionibus fermentatus panis cum ſpiritu Zedoariæ paratus erit egregius. Omnes autem vires panis erunt ab occulto acido, quod ipſi ineſt, admodum amico ferment. ventric.

CAPITA PAPAVERIS ALBI, weiß Magſaamen-Häupter/ (N. 1. 1. pfen.) Inducunt ſomnum, & ſedant dolores, non ſunt in uſu frequentiori.

Paſſulæ

PASSULÆ MAIORES, groſſe Roſinen/ (1. Pfund koſtet 16. kr. 1. Loht 3. pf.) Humectant & refrigerant in febribus, alvi obſtructionem laxant.

PASSULÆ MINORES, kleine Roſinlein/ Corinthen/ (1. Pfund 12. kr. 1. Loht 2. pfen.) Purgant quoque: ℞. *Paſſul. laxat.* ʒß. Pro unâ doſi.

PEZETTA, Schminck- oder Scharlach-Tüchlein/ (1. Loht 48. kreuzer.) Eſt linteolum ſucco chermes imbutum, quo Virgines tanquam Coſmetico utuntur.

PHLEGMA VITRIOLI, (1. Loht 2. kr.) Rejicitur vulgò, elegans tamen vis medica in eo adhuc latet, dum ſulphure vitrioli ♂tis turget adeoque grata aciditate ſe commendat, hinc effervescentias ſanguinis ſedat & gratiſſimè refrigerat, uſque adeò ut capiti epithematis inſtar applicatum ejus dolores & ardores compeſcat; quâ ratione etiam in ophthalmia locum habet, aliisque inflammationibus & ulceribus putridis. Si aliquoties rectificetur, ex floribus illis cordialibus & refrig. bellidis nimirum, roſarum, violarum, borrag. bugloſſ. jucundas extrahit Tincturas.

PILA MARINA, Meer-ballen/ (1. Loht 3. kr.) Sunt in praxi rara.

PILULÆ VARIÆ.

✝ PILULÆ, cùm præſcribuntur pro ingredientibus, agnoſcunt maſſas pilularum, extracta, gummata, olea, ſalia, pulveres, pro incorporatione, exterius obducuntur foliis auri, vel aſperguntur pulvere aliquo, vel Cornu Cervi, vel liquiritia, ne liqueſcant, doſis non ſuperet ʒß. & quælibet pilula adæquet præter propter grânum, uti ex exemplis ſupradictis patet. Maſſæ pilularum mirabiles profectò ſæpius dant compoſitiones, atque in nonnullis officinis numerum centeſimum ſæpe numero excedere vides, cùm tamen ex his omnibus duas vel tres in totâ praxi eligere poſſit pro mille hominibus; hujus autem farraginis origo fuit hæc, quòd Veteres ſuppoſuerint quemlibet ſuccum & humorem in corpore peccantem peculiare quoddam deſiderare remedium: hinc factum eſt, ut illis maſſis pilularum varia addiderint corrigentia, imò dum videbant, humores jam peccare in capite ut in apoplexia, mox in pectore, &c. ſibi perſuaſerunt pilulis ſemper addenda eſſe ſpecifica, quorum beneficio veherentur ad partem affectam, & peccantes humores in illa expellant, adeoque ratione iſtorum ſpecificorum, varias deſcripſerunt compoſitiones, cùm tamen ex noſtris medicinæ fundamentis jam pateat purgantia in genere & ſine ſelectu, prævia quadam colliqueſcentia utiles cum inutilibus humores evacuare, uſque adeò, ut paucæ maſſæ pilularum nobis ſufficere poſſint; hinc ſi mihi liceat inſtituere ſelectum ex antiquorum compoſitionibus, ſumerem unam, nempe maſſam pilularum de Hiera cum agarico & ex modernis rurſus unam, videlicet extrract. panchym. Croll. quæ duæ generales compoſitiones cum diverſis ſtimulis acui poſſunt: e. gr. ſcammon. ac reſin.

Digitized by Google

reſin. jalapp. trochiſ. cum alhand. Mercurio dulci & ubi viſciditates excedunt gumm. ammoniaco: ſic ponamus ſub ſcorbut. & hypochondr.

℞. *Maſſ. pil. de Hier. cum agar. gr. xv.*
Gumm. ammon. in acet. ſolut. ℈ß.
Extract. Trochiſc. alhand. gr. ij.

F. cum Elixir. propriet. Pilulæ num. xv. deaurentur.

Sic ſit expurgandum ſubjectum cachecticum tunc

℞. *Extr. panchym. Croll.* ℈j.
Diagryd. gran. iij. vel iv.
Ol. ſtillat. ſuccin. gutt. ij. F. Pilulæ ut ante.

Ut tamen aliquo modo variare poſſis in formulis, ſubſtitue nonnunquam maſſ. pil. cephal. Mynſichti. Quantum attinet Pilulas laxativas, eas Veteres uſurparunt ſine additione ſtimulantum, adeoque ſæpe 50. vel 60. pilulas piſi magnitudine ægris dederunt, dum una doſis ſæpius pendet ʒiß. hinc Moderni conſultius tales pilulas laxativas ordinant in minori doſi additis ſtimulis. Cæterùm ſi beneficio pilularum in morbis chronicis alvum laxare velis, poſſunt recipi pilul. Francofurtenſes ſuperius ſub aloë deſcriptæ, vel pilul. de Gumm. Ammoniaco Quercetan. aut ſi placeat, componantur ſequentes:

℞. *Aloës Lucid.* ℥j.
Gumm. ammon. in acet. ſol. ℥ß.
Tartari vitriolat. ʒiij.

Cum. ſ. q. Eſſent. vel Tincturæ mart. fiant Pilulæ minores pondere grani, horum pil. num. x. vel xj. horâ unâ ante cœnam pro ſcopo apertivo in decurſu morborum chronicorum ſumantur. Alterantes Pilulæ ſæpius etiam requiruntnr præprimis in delicatulis & remedia ingratiora reſpuentibus, quæ tamen ex tempore facilè parari poſſunt, nec opus eſt illas habere in promptu, eodem modo præſcribuntur uti purgantes, de quibus exempla fuerunt data ſub tit. Extract. unicum hic ſufficiat, ſi fortè pilulas hyſtericas ordinare velis:

℞. *Extract. Caſtor.* ℈ß.
Aſa fœtid. gran. iv.
Sal. volat. ſuccin. gran. v.
Laud. opiat. gran. j. C. ſ. q. Ol. ſtillat. camom. F. Pilulæ.

PILULÆ DE AGARICO, Pilulen von Lerchenſchwamm/ (1. quintl. koſtet 8. kr.) Etiam hodiè rarius hæ maſſ. pil. præſcribuntur melius eſt ſubſtituere earum extracta, ſic quia hæc maſſa eſt phlegmagoga, ſic etiam in morbis, ubi ſerum educendum eſt, hujus extractum ſic poteſt dari:

℞. *Extr. agar.* ʒß.
Diagryd. gr. ij.
Ol. ſtillat. ſuccin. gut. ij. M F. Pil.

F. Pil. num. xv. deaurentur. Sed ego non laudo illa extracta & maſſ. pil. quarum doſis ad ʒß. eſt extendenda.

Mass. Pil. de AMMONIACO, (1. quintl. foſtet 8. fr.) Sunt ſatis frequentes in affectibus lienis & hypochondr. nec non uteri obſtructione:

℞. *Maſſ. pil. de Ammon. Quercet.* ℈j.
Diagryd gran. iv.
Tartari vitriolat. gran. ij.
Ol. citr. gutt. j. F. Pilulæ num. xv. deaurentur.

Pil. CEPHALICÆ Mynsichti. Eſt purgans familiariſſimum in morbis catharralibus capitis aliiſque innumeris, ita ut panchymagogis facilè annumerari poſſint:

℞. *Maſſ. pil. cephal. Mynſich.* ℈j.
Ol. ſtill. ſuccin. gutt. ij.

F. Pilulæ num. xv. in morbis capitis frigidis, quæ nunc pro intentione Medici acui poſſunt reſina jalapp. trochiſc. alhand. diagryd. &c.

Pil. ARTHRITICÆ, Glieder-Pillen/(1. quintl. 8. fr.) Ipſum nomen indicat uſum:

℞. *Maſſ. pil. arthrit. Scheff. gran. xv.*
Reſin. jalapp. ſem. melon. prius contrit. gran. iiij.
Extr. caſtor. gr ij. F. Pil. num. xv.

Pil. AUREÆ, ſtarcke Haupt-Pillen/ (1. quintl. 8. fr.) Eſt purgans bilem nec non Cochiæ.

Pil. de Galb. Sylvii. Sunt magni nominis in morbis ex cruditate acida productis:

℞. *Maſſ. pil. de Galb. Sylv. gran. xv.*
Ammon. Querc. ℈ß.
Scamm. ſulphurat. gran. iij. vel iv.
F. cum Elixir. propriet. pil. num. xv.

Pil. de Cynoglossa, (1. quintl. 8. fr.) Siſtunt catharrales defluxiones, illas inprimis, quæ gravant pectus, ſumuntur veſperi ante cubitum, hinc frequenter adhibentur in phthiſi producta ex defluxu acri ad pulmones, ubi quidem ſeligenda eſt illa compoſitio, quæ aloë caret, & vocatur maſſ. pilularum de cynogloſſa Faventin. non verò Auguſtanorum, quia aloëtica non ita convenire videntur in phthiſi.

Pil. Foetidæ Maiores, Mutter-Pillen/ (1. quintl. 8 fr.) In morbis uterinis frigidis, ut menſium obſtructione, uteri impuritate, &c. laudem merentur, e.g. in menſium ſuppreſſione:

℞. *Maſſ. pil. fœt.* ʒß.
Sal. volat. ſuccin. gran. v.
Ol. deſtill. macis, gutt. ij. M. F. Pilulæ.

Pilulæ

Digitized by Google

PILULÆ de FUMARIA, Pillen von Daubenkropff/ (1.quintl.koſtet 8.kr.) Purificant ſanguinem, hinc in ſcabie non in frequentes ſunt, doſis ℈j. ad ʒß. Vel poſſunt ex ʒij. formari pilul. 30. & horis veſpertinis 6. vel 7. pro doſi aſſumi.

Pil. de HERMODACTYLIS, (1.quintl. 8.kr.) In affectibus arthriticis ad ʒß. dantur.

PIL. de HIERA cum AGARICO, (1.quintl. 8.kr.) Evacuant ſerum & humores pituitoſos gravantes ventriculum, cerebrum & uterum:

℞. *Extr. pil. Hier. cum agar. Panchym. Croll. aa. gr. xij.*
Scammon. correct. gr iij. F. Pil. xviij.

Pil. MAROCOSTINÆ, (1.quintl. 20.kr.) In affectibus lienis & hepatis dantur veſperi ante cœnam, ad ʒß. pro laxatione alvi.

Pil. MASTICHINÆ, Maſtix-Pillen/ (1.quintl. 8.kr.) Siſtunt catharros, corrigunt ventriculi intemperiem prius.

Pil. PESTILENTIALES, Pillen wider die Peſt/ (1 quintl. 8.kr.) Præſervant & curant in febribus malignis, reſiſtuntque putredini.

Pil. de SUCCINO CRATONIS, Agtſtein-Pillen/ (1.quintl. 10.kr.) Sunt etiam ex illis, quæ à Veteribus magni æſtimabantur, verùm hodierno die illarum uſus incipit exſpirare, quia etiam doſis illarum aliquo modo excedit, ſi tamen illis utilis in affectibus capitis frig. & catharralibus, hoc modo ordinabis:

℞. *Maſſ. pil. de ſuccin. Crat. ʒß. vel ℈ij. ad ʒj.*
Diagryd. gr. ij. uſque ad v. F. Pil. num. xv. deaurentur.

Pil. TARTAREÆ QUERCETANI, Weinſtein-Pillen/ (1.quintl. 16.kr.) In obſtructione lienis & hepatis, renum à calculo, affectibus hypochondriacis, Ictero nigro, &c. præſtantiſſ. ſunt:

℞. *Maſſ. pil. Tartarear. Quercet. ℈j.*
Diagryd. gran. iij.
Tartar. vitriolat. gran. ij.
Ol. citr. gut. j. F. Pil. num. xv. deaurentur.

Pil. de TEREBINTHINA, Terpentin-Pillen/ (1.quintl. 4.kr.) Sunt nobiles in calculo, ſuppreſſione urinæ, affectibus pectoris, empyemate, &c. doſ. ʒß.

PINEÆ, Zirbelnüßlein/ (1. Loht 2. kr.) Vide Lit. N.

PIPER, Pfeffer/ (1.Loht koſtet 3.kr.) Varium eſt, habetur crudum vel rotundum, vel oblongum, hoc duplex eſt rurſus, album nobilius illud, & nigrum, longum rurſus eſt vel occidentale vel orientale. Planta in quâ creſcit, eſt ſpecies convolvuli & inſtar vitis aſſurgit, matureſcit Octobri. In Electione ſumendum eſt acre, ponderoſum & carie carens. Eſt ex ordine aromatum acriorum, participans de Sale volat. oleoſo

Digitized by Google

acriori. hinc dicere fas erit, quid valeat in corrigendâ humorum auſteritate, cruditate acida ventriculi, ſanguinis intemperie pituitoſa, ita ut Colicæ flatulentæ, nec non languido ventriculo ſatis commodè medeatur, ſi ante paſtum grana aliquot groſsè contuſa aſſumantur, hinc etiam in cephalalgiis pituitoſis & gravantibus componit epithemata: ℞. *Piper. pulveriſat. q. vii*, ſubige cum albumine ovi & applica temporibus, vel

℞. *Pip. long. Succin. alb. aa. q. placet.*

Inde ſacculo & calidè impone ſuturæ coronali. Cæterum grana piperis ſunt plebecularum antifebrile dum illa ingruente paroxyſmo cum ſpiritu vini aſſumunt, ſæpius ſuccedit, ſæpius etiam fallit negotium: in quartanâ facilius crediderim illa quippiam præſtare poſſe, ſi vel in ſubſtantiâ per plures degluriantur, vel ol. piper. ad gutt. v. cum ſpiritu vini ante paroxyſmum præmiſſis præmittendis exhibeatur.

Plumbum Ustum, gebrannt Bley/ (1. Loht 2. kr.) Deſtruit acidum vulnerum ſordidorum, & abſumit humores manantes.

Pomphylax ſeu Nihilum Album, weiß Nicht/ Augen Nicht/ (1. Loht 20. kr.) Solet commodè in ophthalmia ordinari, propter vim refrigerandi & humores acres corrigendi.

Priapus Cervi, Hirſchruhte/ Hirſchlicht/ (1. Loht 8. kr.) Magni æſtimatur in dyſenteriâ malignâ, ubi vel in formâ pulveris vel decocti cum Electuar. exhibetur:

℞. *Priap. Cerv.* ʒß.

D. in formâ pulv. vel 3. de die exhibendus, vel in decocto:

℞. *Decoct. priap. cerv.* ℔j.
Tinctur. roſar. optim. ℥iv.
Syr. Corall. ℥j.

M. dentur ſæpius duo vel 1. cochlear. in Electuario:

℞. *Conſar. roſ. rub.* ℥ij.
Diaſcord. ℥ß.
Raſ. priap. cerv. ʒiij.

Cum ſyrup. liberant. fiat opiata, detur 3. vel 4. de die magnitud. nuc. moſchatæ, & ſi placet, poteſt ad lubitum ſuperbibi jam datum decoctum ad duo vel tria cochlearia, deinde pro irritanda Venere datur.

Pruna, Zwetſchgen/ (1. Pfund 6. kr.) Humectant alvum & refrigerant, hinc ingrediuntur clyſteres alvum lubricantes.

Pruna Laxativa, Larier-Zwetſchgen/ (1. Stuck 3. kr.) Præſcribuntur in febribus ardentibus pro laxativo.

Pulmo Vulpis Præparatus, bereite Fuchslung/ (1. Loht 14. kreuz.) Refertur inter præſtantiora remedia pectoralia, præſertim in tuſſi, empyematibus,

matibus, phthiſi, hinc vix invenies aquam aliquam antiphthyſ. vel aſthmat. quæ pulmones vulpis non habeat comites: ingreditur ſubinde Electuaria pectoralia, e. g.

℞. Loch. ſan. & expert. de pulm. vulp. aa. ℥ij.
Spec. diaireos ʒij.
Extr. Liquirit. ℈ij. vel ʒß.
M. F. Eclegma, detur cum baculo liquiritiæ.

Pulpa Passularum, Prunorum, Tamarindorum, (1. ſoht 4. fr.) Laxant alvum & refrigerant.

De EXOTICIS *notanda.*

Priuſquam ulterius pedem moveamus, dicendum de *Exoticis Remediis* quòd quamvis hactenus peregrè talium adductorum remediorum vires multis encomiis celebraverimus, videatur tamen eorundem uſum paſſim eſſe ſuſpectum, ſi enim primò ad illorum originem ſpectes, invenies, de eâ contentionis ſerram adhuc inter ſe trahere Pharmaceuticos, uſque adeò, ut non bene cognitâ origine, ipſa etiam efficacia & uſus non videantur eſſe ſatis perſpecta, cujus rei Ambra, Succinum, Sperma ceti, aliaque manifeſtè ſunt teſtes, deinde meritò ſuggillantur exotica, utpote quæ non rarò admodùm adulterata ad manus noſtras perveniunt, de quo vide ſuperius lapidem Bezoar, qui facilè ſuſpectus erit, utpote qui apud nos in majori copia reperitur, quàm apud ipſos Indos, ſic ut plurimi tales ſint factitii & Medicum ſæpe in ſpe ſuâ fruſtrent, ſimile ferè judicium ferri poteſt de Opio, quo tanquam genuino noſtrates vix potiuntur; Caryophyll. aromat. profectò non ſunt genuini, uti creſcunt in loco natali, ſiquidem antequam nobis communicetur, oleum ex illis prius elicitur in Indiâ, quo ſic nobis auferatur ſpes illos propagandi, imò plures noſtri caryophylli propter ætatem viribus naturalibus videtur exuti, utpote inutiliores redduntur, qui aliquo modo renovantur, dum coquuntur in vino, in quo recentes caryophylli erant decocti. Ulterius, ſubinde exotica ſunt corrupta, quia per loca valde diſſita, & ex illis locis per varias tempeſtates, quibus in itinere exponuntur, ad nos transportantur, ſic ex eo eſt, quod radix Chinæ ligni putridi inſtar omni virtute ſpoliata deprehendatur, pari modo lignum Saſſafras gratiori ſuo fœniculato orbatum; Nolim tamen dum hæc dico, exotica è Medicinâ præſcribantur. Verùm ſic dicta medicamenta ſæpius ſunt ſuſpecta & viribus orbata Quæritur, àn non ex noſtratibus nonnulla illorum vicem ſupplere poſſint? Affirmativam defendo, ita tamen ut quamvis noſtra non ita valida deprehendantur, ad minimum tamen noſtris naturis videntur convenientiora, ſic e g. balſamum peruvianum facilè pro interno uſu adæquat terebinth. pro externo Ol. hyperici inprimis illud, quod ex ejus ſemine fuit expreſſum; Sic loco ligni ſaſſafras juniperus

Digitized by Google

noſtras ægrè præſtans uſurpari poteſt. Neque nos curemus aromatibus, ſiquidem Cuminum, Fœniculum, Mentha, ſæpius meliora ſunt, quàm acriora illa aromata, quæ à multis non ſemper feruntur. Sic pari paſſu cum rad. Chinæ noſtra tormentilla incedere poteſt, utpote quæ propter vim alexipharmacam valdè eſt nobilitata. Lignum Guajaci præſentare poteſt lignum fraxini: Herbam Thee in morbis capitis, ſtomachi, &c. adeò laudatam ſtatim à tergo inſequi poteſt Roſmarinus: imò videtur noſtratia nobis admodùm eſſe convenientia, ſiquidem notum eſt, quod pro ratione climatum varient temperamenta ipſæque plantæ, quòd facilè colligitur ex cochlearia, quæ Septentrionalibus ſcorbuto affectis in ſolatium creſcit, in Italia autem nulla cultura poteſt haberi.

PULVERES.

Pro ingredientibus agnoſcunt ſicciora ex triplici regno, in quorum præſcriptione ſemper attendendum eſt, ne excedamus in doſi, quia magnam nauſeam apud ægros conciliat: dantur cum vehiculis quæ ſunt vinum, cereviſia, juſcula, aquæ & ex his paratæ mixturæ, &c.

Pulvis contra Abortum, (1. quintl. 6. fr.) Datur gravidis pro præcavendo abortu & confortatione fœtus.

Pulvis Anonymus, Bruſt-Pulver für den Huſten und ſcharffe Flüſſe/ (1. Loht 8. fr.) Eſt admodùm familiaris Practicis, paratur ex ſeminibus, & in phthiſi, pleuritide, aliisque thoracis affectibus, præprimis quando expectorandum eſt, conveniens: Nota, debet eſſe recens ſemper: ℞. *Pulv. anonym. rec. diſpenſat.* ℥iß. D. ad Scatulam. S. Pulver des Tags 3. mahl einen Meſſerſpitz voll.

Pulvis Apoplecticus, (1. quintl. 48. fr.) Ingreditur morſulos cephalicos in epilepſia, apoplexia:

℞. *Pulv. apoplect.* ʒj.
Ambr. gran. v.
Ol. ſtillat. cinam. Nuc. moſch. aa. gutt. vj.
Sacch. in aq. apoplect. ſolut. q. ſ.

F. ſ. a. Morſuli: pulvis apoplecticus poteſt etiam ſumi ʒiß. vel ʒij. pro intentione.

Pulvis Bezoardicus, köſtliches Gifft Pulver/ (1. Loht 32. fr.) Solet parari ad deſcriptionem Sennerti, eſt valde conveniens in morbis malignis, febribus ardentibus, defectu virium, variolis & morbillis, &c. ℞. *Pulv. Bezoard Sennert.* ʒß. Vel in malignitate: ℞. *Pulv. ejus* ʒij. *S.* Pulver alle 3. Stund ein Meſſerſpitz voll.

℞. *Aq. Card. Ben. Flor. Samb. Antifebr. Fumar. Galeg. aa.* ℥ß.
Syr. Liberant. ℥ß.
M. S. Waſſer zum Pulver.

Aliàs

Aliàs ſi pulvis talis non proſtet, poteſt recipi *Pulv. bezoard.* cum vel ſine pretioſis ad eandem normam præſcriptus: ſi autem lubeat pluribus ingredientibus uti & pulverem magis compoſitum concinnare, ſic procede:

℞. *Pulv. Bezoard. pretioſ.* ℈ij.
Succin. præpar. ℈j.
C. C. philoſ. Spec. de Hyacinth. incomplet. aa. ʒß.
Antimon. diaphoret. Nitr. perlat. aa. ℈ij.

M. F. Pulvis. Singulis 3. horis ℈j. dari poteſt cum præcedenti vehiculo.

Pulv. CACHECTICUS QUERCETANI, (1.qu. 30.kr.) Non contemnendus eſt in cachexiâ, obſtructione hepatis, intemperie ſanguinis pituitoſa aliisque morbis inde oriundis:

℞. *Pulv. cachect.* ʒij.

Divide in 3. partes æq. S. Pulver auff 3. mahl.

℞. *Aq. Hepat. calid. Mynſ.* ℥iv.
Rob. junip. ʒij. M. S. Waſſer zum Pulver.

PULVIS CHOLAGOGUS, Purgier-Pulver zur Gall/ (1. quintl. 10.kr.) Incipit exſpirare, cujus vicem ſubit pulvis ſolutivus tartariſatus Zvvölfferi, cujus ℞. ℥ß. *Reſ. jalapp. gr. iij. vel Diagryd. gr. ij.* M. F. Pulvis.

PULVIS DENTIFRICIUS, (1. Loht 20.kr.) Convenit in ſcorbuto oris, dentium vacillatione & putredine gingivæ: ℞. *Pulv. dentifr.* ʒij. D. ad ſcatulam.

PULVIS *contra* CASUM, Pulver für das Fallen oder wider geronnen Blut/ (1. Loht 12.kr.) Diſſolvit grumos ſanguinis, hinc ferè ſemper ſolet dari in contuſionibus, pulveribus, caſû ab alto ad ʒß. vel ʒj.

Pulvis DYSENTERICUS, Roht Ruhr Pulver/ (1. Loht 8.kr.) Nomine ſuo uſum indicat, ſolet parari ad deſcriptionem Crollii: ℞. *Pulv. dyſenter. Croll.* ʒj. Divide in 4. part. æqual. S. Pülverlein alle 3. Stund eines zu geben/ cum aq. fol. Quercus vel antidyſenterica.

Pulvis ad LUMBRICOS, Wurm Pulver / (1. Loht 6.kr.) Pro infante præter propter trium annorum: ℞. *Pulv. contra verm. Auguſt.* ʒj. Detur & S. Wurm-Pulver für-lich: Morgen / exhibeatur cum melle vel lacte.

Pulvis pro CUCUPHIS, in morbis capitis frigidis & catharralibus inducitur ſyndoni pro cucuphâ: ℞. *Spec. pro cucuphâ* ℥j. aſperg. aq. anhalt.

Pulvis EPILEPTICUS, Kinderpulver für die ſchwäre Noht / (1. quintl. 1. Guld.) Pro hoc recipi poteſt ſpecificum cephalicum, de quo ſuperius.

Pulvis FEBRIFUGUS *Crollii*, Pulver wider das Fieber/ (1. quintl. 6.kr.) Præcipitat humores febriles, & exhibetur ante paroxyſmum à ʒß. ad ʒj.

Pulvis MARCHIONIS, Marggraffen Pulver/ (1. quintl. 16.kr.) Innotuit jam ipſis etiam mulierculis, qui in convulſionibus & epilepſiâ illum infantibus propinant.

℞. *Pulv.*

℞. *Pulv. Marchion.* ℈j.

Cran. hum. præpar. Ungul. alcis præpar. aa. gut. iiij.

Sal. Succin. gran. iij. M. pro 3. doſibus.

℞. *Aq. flor. til. ceraſ. nigr. aa.* ℥j.

Epilept. Lang. ℥ß.

Syr. flor. pæon. ʒiij. M. S. Waſſer zum Pulver.

Pulvis PANNONICUS, roht Ungariſch Pulver/ (1. quintl. koſtet 20. kr.) Eſt frequens in uſu alexipharmaco & diaphoretico in febribus malignis: præſcribitur eodem modo, uti pulvis bezoardicus in dyſenteriâ malignâ magni nominis eſſe poteſt:

℞. *Pulv. pannon. Raſur. priap. cerv. aa.* ʒj. M. pro 4. doſibus.

Pulvis ad PARTUM, Pulver zur Geburt/ (1. quintl. 6. kr.) In partûs difficultate ad ʒß. exhibetur:

℞. *Aq. Hyſter. cum caſtor.* ℥j.

Flor. calend. Meliſſ. cum vino aa. ℥ß.

Spir. Sal. armon. ℈j.

Syr. Liberant. ʒiij.

M. S. Waſſer zum Pulver/ quæ in duas doſes eſt dividenda, in prima datur pulvis, altera poſt horam dimidiam ſuperbibitur.

Pulvis HEPATICUS *Ruber*, Leber Pulver/ (1. quintl. 4. kr.) Convenit in morbis hepatis; De pulv. cachect. hoc notetur, quod quia in morbis cachecticis & hepaticis utplurimùm ventriculus etiam fiat languidus ſtomachicis ſoleat etiam aſſociari:

℞. *Pulv. cachect. Quercet. Stomach. ejuſdem aa.* ʒij.

M. S. Pulver Morgens und Abends ein Meſſerſpitz voll zu nemmen.

Pulvis STERNUTATORIUS, Nießpulver mit Biſam und Ambra/ (1. Loht 8. kr.) ℞. *Pulv. Sternut. Auguſt.* ʒij. M.

Pulvis STOMACHALIS *Birckmanni*, Magenpulver/ (1. Loht 12. kreutzer.) ℞. *Pulv. ſtom. Birckm.* ℥j. D. ad Scatul. S. Auff das Eſſen 2. oder 3. Meſſerſpitz voll zu nemmen / qui corrigit cruditates ventriculi & appetitum reſtaurat.

Pulvis TRITHEMII, (1. Loht 32. kr.) Confortat egregiè memoriam: ℞. *Pulv. trithem.* ʒiij. *vel* ℥ß. S. Pulver 2. oder 3. Meſſerſpitz voll zu nemen.

In quibuſdam officinis habetur etiam Pulvis Viperinus dictus, paratus ex viperis exſiccatis, de cujus præparatione vide le Febure Chymicum Gallum, talis pulvis ut & omnia medicamenta viperina in morbis ſcabioſis vix ſibi par remedium inveniunt: ſic in ſcabie in ſcopo ſudorifero:

℞. *Conſerv. fumar.* ʒj.

Pulv. viperin. ʒß. *vel* ʒj.

C. ſ. q. Syr. roſar. F. Bolus vel in formâ mixtur.

℞. *Aq.*

℞. *Aq. fumar. flor. ſambuc. aa.* ℥j.
Pulv. viperin. ʒß.
Sal. volat. viper. gr. vj.
M. D. S. Blut-reinigende Mixtur auff einmahl.

R.

RADICES.

RADIX ACETOSÆ, Saurampfferwurz/ (1. Loht koſtet 2. kr.) Refrigerat in febribus & per diureſin excoctum expurgat.

Radix Acori, Calmuswurz/ Ackerwurz/ (1. Loht 1. kr.) Eſt ſtomachicum & cephalicum. Vide præcedentia.

Radix Altheæ, Eibiſchwurzel/ Heilwurz/ Hilffwurz/ (1. Pfund 20. kr. 1. Loht 1. kr.) Humectat & emollit, temperat acrimonium humorum, hinc in hæmoptyſi, pleuritide, empyemate, urinæ ſuppreſſione valdè conducit: ingreditur frequenter Clyſteres.

Radix Angelicæ, Angelickwurzel/ Heiligen Geiſt-Wurz/ Bruſtwurz/ Engelwurz/ (1. Pfund 30. kr. 1. Loht 2. kr.) Eſt alexipharmacum.

Radix Apii, Eppichwurzel/ Waſſer Eppich/ Waſſer Peterſein/ (1. Loht 2. kr.) Eſt apertivum hepatis, uteri, pulmonum, externè vulnera & ulcera ſanat.

Radix Ari, Aronwurzel/ (1. Loht 2. kreuz.) Eſt nobile ſtomachicum, incidit & aperit, hinc in morbis cachecticis laude digna eſt, vide Fec. Ari.

Radix Aristolochiæ, Bungesholwurz / runde kleine Oſterlucey/ (1. Loht 2. kr.) Eſt ſpleneticum & uterinum.

Radix Asari, Haſelwurz / (1. Loht 1. kr.) Eſt emeticum. ℞. *Rad. aſari pulveriſat.* ʒj. D.

Radix Asparagi, Spargenwurzel/ (1. Loht 1. kr. 2. pfen.) Eſt diureticum, convenit in phthyſi & hectica.

Radix Asphodeli, Asfodillwurzel/ (1. Loht 2. kr.) Eſt diureticum, externè tumoribus diſſipandis applicatur.

Radix Bistortæ, Natterwurz/ Krebswurz/ (1. Loht 1. kr.) Eſt alexipharmacum, aſtringit in alvi fluxibus.

Radix Borraginis, Borreswurz/ (1. Loht 1. kr.) Eſt cordiale.

Radix Bryoniæ, Stickwurz/ Zaunrüben/ Schmeerwurz / Sauwurz/ Scheißwurz/ (1. Loht 1. kr.) Valet in menſium ſuppreſſione & cachexia, dat levamen in aſthmate, externè ingreditur balnea & pediluvia in menſium ſuppreſſione: vide exempl. ſub tit. Herbarum.

Radix Caryophyllatæ, Benedictenwurz/ (1. Loht 1. kr.) Eſt pectorale, hepaticum & uterinum.

Radix Chelidoniæ Majoris, Schwalbenwurz / Schellwurz / Goldwurz/ (1. Loht 1. kr.) Corrigit bilem, obſtructionem hepatis reſerat, ſuccurrit affectibus oculorum.

Radix CHINÆ, Chinawurtz/ Bockenwurtz/ (1. Loht koſtet 8. kr.) Datur in Lue venerea, ſuccurrit phthyſi, ubi decocta ingreditur, tabi, febribus catharralibus, &c. exempl. vid. ſub tit. Herbarum.

Radix CICHOREI, Wegweiß. Wegwartwurtzel / Cichorien / Sonnenwendel/ (1. Loht 1. kr.) Eſt hepatica, & laudatur in ſanguinis acrimoniâ corrigenda, cachexia, atrophiâ, affectibus hypochondriacis, &c.

Radix *CONSOLIDÆ Majoris*, Wallwurtz oder Schwartzwurtz/ (1. Loht 1. kr.) In ulceribus pectoris & hæmoptyſi aliiſque hæmorrhagiis conducit: vid. rurſus antecedentia.

Radix *CONTRAYERVÆ*, Gifftwurtz/ (1. Loht 12. kr.) Sæpius adhibetur in febribus malignis.

Radix *COSTI Veri*, Coſtwurtz/ (1. Loht 8. kr.) Eſt cephalicum ſtomachicum & uterinum.

Radix *CUCUMERIS ASININI*, Eſelkürbswurtz/ (1. Loht 1. kr.) Eſt violentum hydragogum, movet vehementer menſes, & enecat fœtum.

Radix *CURCUMÆ*, Geelſuchtwurtz/ Gilbwurtz/ (1. Loht 3. kr.) In affectibus cachecticis exerit ſuas vires.

Radix *CYCLAMINIS*, Schweinsbrodtwurtz / (1. Loht 3. kr.) In & externè fœtum movet ut & menſes.

Radix *CYNOGLOSSÆ*, Hundszungenwurtz / (1. Loht 2. kr.) Diſſolvit grumos ſanguinis.

Radix *CYPERI LONGI*, Lang wild Galgant/ (1. Loht 2. kr.) Eſt alexipharmacum.

Radix *DICTAMNI ALBI*, weiß gemeine Diptamwurtzel/ Eſcherwurtzel/ (1. Loht 2. kr.) Enecat vermes: vide Infuſum ex Timæo ſuperius.

Radix *DORONICI*, Gemſenwurtzel/ Schwindelkrautwurtz/ (1. Loht 3. kr.) Valet in apoplexiâ & vertigine tam præſervativè quàm curativè.

Radix *EBULI*, Attichwurtz / Nider Holderwurtz / (1. Loht 1. kr.) Eſt alexipharmacum, uterinum & hepaticum.

Radix *ENULÆ*, Alantwurtz/ (1. Pfund 24. kr. 1. Loht 1. kr.) Eſt alexipharmacum & laudatiſſimum pectorale, præprimis ubi bronchia humorum craſſitie replentur:

℞. *Lign. ſanct.* ℥iij.
Rad. Chin. Enul. Irid. Polypod. aa. ℥ß.

Coq. in ℔iv. aq. font. ad remanent. ℔ij. D. S. Tranck ein Glaß voll.

Radix ERYNGII, Mannstreuwurtz/ Radendiſtel/ Brackendiſtel/ (1. Loht koſtet 1. kr.) Partes genitales confortat, pellit urinam, &c.

Radix *ESULÆ*, Wolffsmilchwurtz/ (1. Loht 1. kr.) Rarioris uſus eſt.

Radix *FILICIS*, Fahrnwurtzel/ Waldfahrnwurtzel/ (1. Loht 2. kr.) In affectibus lienis frequentiſſ. datur: vide ſupra herbas.

Radix

Radix *FOENICULI*, Fenchelwurzel/ (1.Loht 2.kr.) Eſt carminativum, aperitivum & ophthalmicum.

Radix *GENTIANÆ*, Enzianwurzel/ (1.Pfund 16.kr. 1.Loht 3.pfen.) In febribus ſolet laudari, tam in benignis, quàm in malignis, in morſu canis rabidi aliiſque vulneribus venenatis hæc radix pulveriſata inſtar cataplaſmatis externè imponitur.

Radix *GRAMINIS*, Queckengraßwurzel/Queckenwurzel/ (1.Loht 1.kr.) Diuretica & thoracica, &c.

Radix *HELLEBORI Albi*, weiſſe Nießwurz/ (1.Loht 1.kr.) Componit cum aliis pulveres ſternutatorios, ubi fortiores deſiderantur:

℞. *Helleb. alb.* ℈j.
Nicotian. gran. xv.
Ol. ſuccin. gutt. ij. M. F. Pulvis.

Rad. *HELLEBORI Nigri*, ſchwarze Nießwurz/ (1. Loht 2. kreuz.) Eſt melanagoga.

Rad. *HIRUNDINARIÆ*, Schwalbenwurz/ (1. Loht 1. kr.) Eſt alexipharmacum.

Rad. HYOSCYAMI, Bilſenwurzel/Rindswurz/Sàubone/ (1.Loht 1.kr.) Eſt narcoticum.

Rad. *IMPERATORIÆ*, Meiſterwurz/ Magiſtranz/Oſtriz/ (1.Loht 1.kr.) Reſiſtit venenis, convenit pectori & utero.

Rad. *IRIDIS*, wohlriechend Violwurz/ (1.Loht 2. kr.) Eſt thoracicum egregium, præſertim ubi pulmones laborant.

℞. *Rad. ireos, Farfar. aa.* ℥ß.
Pulv. Veron, Pulmonar. aa. ʒiij.
Ol. aniſ. Fœnic. aa. gut. iij.
Sacch. cand. ℥j. M. F. Pulvis. D.

Rad. *JUNIPERI*, Wachholderwurz geraſpelt/ (1. Loht 1. kr.) Graſſantibus morbis malignis conſtituit ſuffimigia, convenit etiam in ſuppreſſione urinæ.

Rad. *LAPPÆ Majoris*, groß Klettenwurz/ (1.Loht 1.kreuz.) Reſiſtit malignitati.

Rad. *LEVISTICI*, Liebſtöckelwurz/ (1.Loht 1.kr.) Convenit in aſthmate, colica, morbis ventriculi & uteri.

Rad. *LILIORUM Alborum*, weiß Lilien oder Gilgen Zwiebel/ (1.Loht 2.kr.) Emollit, hinc ſolet promovere partum, imò expellit etiam fœtum mortuum, ubi ſæpius ſunt inſtituendi fotus & inſeſſus, pro quibus ſequentes ſpecies concinnari poſſunt:

℞. *Rad. Lil. alb. Althea, Rub. tinct. Ariſtol. aa.* ℥iij.
Sem. Lin. ℥vj.
Fœnic. ℥j.

Sem. Petroſel. Cumin. Carv. aa. ℥iß.
Baccar. Laur. ℥iij.
Junip. ℥vj.
Herb. Malv. Melilot. Puleg. Meliſſ. Mercur. aa. M.ij.
Fol. Sabin. M.iij.
Flor. Chamomill. Centaur. min. aa. M.ij.

Inciſa & contuſa includantur ſacculis duobus, qui ex aquâ ſimplici coquantur pro inſeſſu & fotu muliebrum, quem totum tradit Timæus caſu XXVI. libri IV. ubi radicum uterin. uſus in reliquis duabus formulis præſtantioribus ejusdem Capitis videri poteſt.

Radix *MALVÆ*, Pappelnwurtz/ (1. Loht koſtet 1. kr.) Emollit, dolorem lenit, ingreditur potiſſimùm clyſteres in alvi obſtructione & affectibus renum.

Rad. *MANDRAGORÆ*, Alraunnwurtzel/ (1. Loht 2. kr.) Eſt narcoticum.

Rad. *MECHOACANNÆ*, (1. Loht 6. kr.) Sortitur nomen à loco natali Mechoacanna Indiæ orientalis, ubi copioſè creſcit: eſt hydragogum haud inuſitatum, conveniens adultis, ut & infantibus, præcipuè autem in hydrope, arthritide, catharris & morbis ab intemperie ſanguinis craſsâ oriundis locum habet.

℞. *Agar. trochiſ.* ℥ß.
Mechoacann. alb. Turbith. elect. aa. ʒij.
Fol. ſenn. ʒiij.
Medull. ſem. cartham. ʒiiß.
Crem. tartari ʒj.
Cinamom. acutiſſ. Zingib. Galang. Caryoph. aa. ʒß.

Inciſa & contuſa infunde in Vini ferventiſſimi ℔iiß. vel ℔iij. ſtent per noctem, manè detur colatura expreſſa, quòd infuſum commodiſſimum erit, ubi peccat ſanguinis pituita ſeu ſanguis craſſus, quæ cauſa ſit morborum uterin. frigid. in infuſis itaque ſolet præſcribi à ʒij. ad ℥ß. in ſubſtantiâ à ʒß. ad ʒj. pro infantibus ſufficit ℈ß. gr. xv. uſque ad ℈j.

Rad. *SUCCISÆ*, Inter antiſcorbutica refertur & vulneraria.

Rad. *ONONIDIS*, Heuhechelwurtzel/ (1. Loht 1. kr.) Eſt lithontripticum ad diureticum, hinc in calculo & ſuppreſſione urinæ decocta aliaque remedia exinde fiunt, e.g. in ejusmodi caſibus nobile erit ſequens decoctum:

℞. *Rad. Ononid. Saxifrag. aa.* ℥ij.
Herb. Fragar. Hed. terreſt. aa. M.j.
Sem. milii ſolis ʒiij.
Fruct. Halicab. Cynosb. aa. num. XX.
Baccar. junip. ℥iß.

Inciſa groſsè infunde in ſpir. junip. & vin. malvat. à ℔j. poſt 24. horas colentur.

Digitized by Google

colentur. S. deſtillatum, datur cochlear: eſt ex remediis unum, contra calculum aliasque urinæ ſuppreſſiones, quæ celebriora audiunt.

RADIX *POEONIÆ*, Peonienwurtz/ (1. Loht 2. kr.) Nota eſt hujus vis in epilepſia; ad cujus uſum, ut vires convenienti modo exerat, temporibus certis colligitur, quod fit menſe Majo ultimis tribus diebus ante novilunium ante ☉lis exortum.

Rad. *PETASITIDIS*, Peſtilenzwurtzel/ (1. Loht 1. kr.) Eſt communiſſimum alexipharmacum.

Rad. *PETROSELINI*, Peterſilienwurtzel/ (1. Loht 1. kr.) Vide Radicem Ononidis.

Rad. *PIMPINELLÆ*, Bibernellwurtzel/ (1. Loht 1. kr.). In morbis malignis laudatur, confortat ſtomachum & uterum.

Rad. *PLANTAGINIS*, Wegerichwurtz/ (1. Loht 1. kr.) In & externè pro ſcopo adſtringendi & repellendi ſolet dari, præſertim in alvi fluxibus & ſputo ſanguinis.

Rad. POLYPODII, Engelſüßwurtz/ (1. Loht 1. kr.). Eſt melanagogum & aperitivum.

Rad. PYRETHRI, Bertramwurtz/ Zahnwurtz/ Speichel- oder Geiferwurtz/ (1. Loht 2. kr.) In morbis pituitoſis, ſoporoſis & catharralibus capitis pro maſticatorio adhibetur: ℞. *Rad. pyrethr.* ℥ij.

Rad. PENTAPHYLLI, (1. Loht 2. kr.) Eſt alexipharmacum & adſtringens.

Rad. *RUBIÆ TINCTORUM*, Färberröhte/ Färberwurtz/ (1. Loht 3. kr.) Eſt rurſus apertivum tam lienis quàm uteri; nec non renum, hinc in Iſchuriâ Decoct. ex eâ fit:

℞. *Rad. Rub. tinct. inciſ.* ℥iß.
Coq. ex aq. ſimpl. ℔iß. ℞. *Colat.* ℔j.
Oxymell. ſimpl. ℥iv.

M. pro 4. doſibus bis vel ter de die exhibendis, ejus decoctum etiam in vulneribus & contuſionibus in cruore coagulato magni nominis eſt, creſcit in multis locis Italiæ, Hiſpaniæ & Galliæ.

Rad. *SARSAPARILLÆ*, Sarſaparill/ (1. Pfund 1. Guld. 40. kr. 1. Loht 5. kr.) Eſt uſitatum cephalicum contra morbos à frigiditate productos, nec non antiphtyſicum: vide modum præſcribendi ſub herbis.

Rad. SATYRII, Stendelwurtzel/ Knabenkrautwurtzel/ (1. Loht 4. kreutz.) Confortat partes genitales.

Rad. *SAXIFRAGÆ*, Steinbrechwurtzel/ (1. Loht 2. kr.) Pellit urinam & calculum, vide modò datam formulam.

Rad. *SCABIOSÆ*, Apoſtemkrautwurtzel/ (1. Loht 1. kr.) In difficili reſpiratione & morbis pectoris, empyemate, menſium ſuppreſſione, nec non partu difficili in uſum venit.

Radix *SCORZONERÆ*, Schlangenmordwurtzel/ (1. Loht 3. kr.) Eſt alexipharmacum & apertivum.

Rad. *SCROPHULARIÆ*, Braunwurtzel/ Sauwurtz / groß Feigwartzenwurtz/ (1. Loht 1. kr.) Anumeratur ſuppurantibus, hinc in anginâ & tumoribus diſcutiendis ſolet præſcribi.

Radix *SERPENTARIÆ*, Natterwurtzel/ (1. Loht 1. kr.) Raro eſt in uſu.

Rad. *SIGILLI SALOMONIS*, Weißwurtzel / (1. Loht 1. kr.) Eſt coſmeticum, liberat ſanguinem ab impuritatibus.

Rad. *TORMENTILLÆ*, Tormentillwurtzel/ Blutwurtz/ Heilwurtz / roht Guntzel/ Ruhrwurtz / (1. Loht 2. kr.) In dyſenteria maligna nobiliſſima eſt, tingi facile poteſt rubore per affuſ. aq.

Rad. *TUSSILAGINIS*, Brand- oder Hufflattichwurtz / Roßhuffwurtz/ (1. Loht 2. kr.) Eſt pectorale.

Rad. *VALERIANÆ*, groß Baldrianwurtz / (1. Loht 2. kr.) Eſt vulneratium & ophthalmicum.

Rad. *VICTORIALIS*, lange Siegwurtz / (N. 1. 3. kr.) Corrigit ſanguinis intemperiem pituitoſam.

Rad. *URTICÆ*, BrennNeſſelwurtz/ Heiſſe Neſſelwurtz/ (1. Loht 1. kreutz.) Aperit viſcera obſtructa.

RASURA CORNU CERVI, geſeilt Hirſchhorn/ (1. Loht 2. kr.) In febribus inde parantur Julepi & potiones ordinariæ:

℞. *Raſur. Corn. Cerv.* ℥iß.
Aq. font. ℔vij. Coq. ad remanent. ℔v. adde
Syrup. violar. Papav. errat. aa. ℥ij.
Spir. ſulphuris gutt. 30. M. S. Ordinari Tranck.

Raſura EBORIS, geſeilt Helffenbein/ (1. Loht 2. kr.) Eſt diaphoreticum.

Raſura LIGNI SANCTI, gedrehet Frantzoſenholtz/ (1. Loht 1. kr.) Vide ſuperius ligna: aliàs hujus ligni uſus multùm laudis meretur in abſumendâ nimia obeſitate, corrigendo ſanguine pituitoſo & craſſo in lue venereâ, &c.

℞. *Lign. ſanct.* ℥vj.
Saſſafr. ʒvj.

Infunde in aqua font. ℔vj. Colatura D. S. Schweißtranck / alle Morgen zu nemmen. Hujus decocti reſiduum ne profundatur, pro uſu medico ſequenti modo venire poteſt. ℞. Reſiduum hujus decoct. infunde in aqua font. ℔. 25. pone per noctem in locum calidum manè parum coquantur, vel adde etiam ſem. aniſ. fœnic. aa. ʒij. Colat. D. S. Tranck bey der Mahlzeit zu gebrauchen.

REGULUS ANTIMONII, (1. quintl. koſtet 8. kr.) Ejus præparatio: ℞. *Nitr. Antimon. Tartari, aa.* quantum placet, redigantur in pulverem & per vices in crucibulum injiciantur, detonentur, quæ detonatio eadem

dem ferè actio erit, ac vis ſclopetans pulveris pyrii, quemadmodum in pulvere pyrio eſt Nitr. Sulphur & alkali carbonum, quæ junctim accenſa ſclopetant, ſic etiam in hâc Antimonii detonatione habetur Sulphur quod ineſt Antimonio, Nitrum & alkali Salis Tartari, quæ tria talem detonationem exhibent: Notari debet nunquam aliam materiam crucibulo eſſe indendam, niſi poſt prioris conflagrationem, ubi de re erit, materiam ſolutam bacillo agitare: poſt peractam detonationem materiæ, ſi pyramis non ſit ad manus in mortarium calefactum & ſevo illinitum infundendum, mortarium autem agitandum eſt interea, ut regulus benè fundum petat & ſcoriæ ſupremum locum occupent: Si puriorem regulum deſideres, poteſt rurſus hic regulus in crucibulo liquari, addito Nitro & Tartaro pro nova detonatione, non quidem tantum, quantum antea, ſufficere poteſt pars tertia, in hâc præparatione, Nitrum & Tartarum deflagrando comburentur vel abeunt in alkalia, quæ prout nunc ſunt admodùm acria, ſulphuris antimonii corrodunt & extrahunt, partemque metallicam reddunt liberam, idcircò regulus talis conſtabit partibus mercurialibus antimonii liberatis: Scoriæ autem quæ ſupremam regionem occupant, ſunt alkalica antimonii ſulphure ſaturata, hinc ex illis concinnatur iſta magni nominis Tinctura Antimonii, de qua in ſequentibus. Cæterùm ſimili ferè modo, uti hic regulus, præparatur arcanum contra febres D. Craanii, quod haud ita pridem fuit propalatum. Cæterùm fiunt etiam Reguli Compoſiti, uti ſunt regulus antimonii martialis, ☉ris, &c. in cujuscunque præparatione certæ encheireſes notandæ, nimirum antimonium & martiale non bene poſſunt fundi ſimul, quia antimonium facillimè, martialis verò difficillimè in igne eliqueſcit, idcircò ut legitimus fiat Regulus Martialis, immittendum eſt igni corpus martiale ſeu limatura martis ℔j. vel ℥viij. candefiat ad ſummum uſque gradum, cui permiſceatur antimonium pulveriſatum ad ℥ij. quæ duo fundantur, ut acuto igne abeant in eandem maſſam, cujus conjunctionis cauſa eſt ſulphur mart. unitum cum ſulphure antimonii, utpote cognatum in radice, jam dum fluit hæc maſſa immitte Nitrum pulveriſatum per vices ad ℥iv. vel ℥v. donec ſtrepitus ceſſaverit, & tunc funditur maſſa in regulum, hæc autem maſſa citò eſt effundenda in conum fuſorium, ne ſcoriæ abeant in cruſtam denſam, quæ impedit fuſionem; Ut autem elegantiorem acquiras regulum martialem, poteris eundem, uti antea regulum ſimplicem cum jam dicta Nitri quantitate rurſus fundere. Pro parando Regulo Antimonii Joviali: ℞. *Reg. antim.* adde *Jovis q. pl.* fundantur in maſſam argenteam in crucibulo & erit paratus.: Scoriæ regul. antimonii in ſuppreſſione menſium magnâ æſtimatione ſunt dignæ, dum Lixivium ex illis paratur & ſuffitus genitalibus excipitur, quod lixivium ſibi commendatum habeant

Chirurgi

Chirurgi pro abluitionibus ulcerum, inprimis tibiarum, illa etiam purificantur & ſordes hoc modo abſterguntur. Imò in parte ubi gangræna incipit miros effectus præſtat tale lixivium, poteſt etiam addi clyſteribus pro emolliendis fecibus inteſtinorum. Dictus regulus antimonii inſervit pro parando ſpiritu tonitruante Heidelbergenſium: ℞. *Reg. antim. pulveriſat.* vel ſi talis non ſit ad manus, antimonii quintuplam partem, Nitri in pulverem album fixati, ſulphuris crudi pulv. aa. ℥ij. Nitri ℥iiij. M. & injice cochl. in Retortam tabulatam probè candentem & egredietur ſpiritus cum tonitru in vas recipiens, quod antequam omne applicetur, cochlearia aliquot aq. font. continere debet: in febribus intermittentibus multùm laudis meretur propinatus ad ℈j. in aqua aliqua deſtillata appropriata.

Resina Arida, Kübelharz/ (1. Pfund 10. kr.) Externè pro emollitione & mundatione ulcerum & vulnerum ingreditur emplaſtra.

RHABARBARUM, Rhabarbara/ Grindwurtzel/ (1. Loht koſtet 2. kr.) Creſcit in provinciis Chinæ, habetur paſſim pro cholagogo, ſed rectius eſt panchymagogum, purgat etiam indifferenter omnes humores per alvum, neque Veterum opinio hoc modo eſt firma, quòd ſolam bilem Rhabarbarum evacuet, propterea quod excrementa flaveſcant, cùm ille color non ſit à bile, ſed à Rhabarbaro largiente Tincturam ſuam excrementis. Solemus in ſpecie hoc purgante uti in fluxibus alvi, dyſenteriâ, diarrhæâ, aliiſque fluxibus ſanguinis & hæmorrhagia tam uteri, quàm quæ profunduntur per vias urinarias: in ſubſtantiâ hoc modo poteſt præſcribi: ℞. *Pulv. Rhabarb. gran. XX. vel XXV.* S. Pulver auff einmahl zu nemmen / in diarrhæâ vel dyſenteriâ quòd ſi humores bilioſos aliquo modo fortius velis aggredi.

℞. *Pulv. Rhabarb.* ℈ß.
Crem. Tartari gran. vj.
Diagryd. gran. iij.
Ol. Aniſ. gutt. ij. M. F. Pulvis.

In infuſione præſcribitur à ℈j. ad ʒij. e. g. Si infuſum laxativum præſcribendum in dyſenteria:

℞. *Rhabarb. elect.* ʒij.
Sal. Tartari gran. XV.

Infunde in aqua Cichor. ad extract. Tinctur. quæ filtrata detur. Quare autem in alvi fluxibus etiam ſoleamus ordinare laxativa & blandiora purgantia, fit propterea, quia in principio, niſi augere velis malum fluxus tales dyſenterici non ſtatim ſiſtendi, ſed humor fermentans & inteſtina exulcerans primò abſtergendus & evacuandus eſt.

R O B.

ROB, ſunt ſucci herbarum cum ſaccharo ad conſiſtentiam ſpiſſionem cocti.

Digitized by Google

ROB ACACIARUM, Schlehenſafft/ (1. Loht koſtet 2. kr.) Vide Lit. A.

ROB BERBERUM, Saurauch oder Ferresſafft/ (1. L. 3. kr.) CERASORUM, ſaur Kirſchenſafft/ (1. Loht 2. kr.) Dant refrigerium in febribus & inflammationibus, ſedant ſitim.

Rob CYDONIORUM, Quittenſafft/ (1. Loht 3. kr.) In affectibus ventriculi, vomitu videlicet, in colicâ, lienteriâ, dyſenteriâ, alvíque fluxibus aliis convenit. Sic pro roborando ventriculo infantis poteſt dari: *℞. Rob cydon.* ℥ſs. *S.* Safft ein Löffelvoll auff einmahl. Sic etiam, ſi infans vomitu corriperetur, ſequens ordinari poteſt:

℞. Syr. Corall. ℥j.
Rob Cydon. ℥ß.

M. S. Safft öffters ein Löffelvoll zu gebrauchen.

In diarrhæâ pro adulto:

℞. Aq. tormentill. ℥iij.
Cinamom. ℥ß. *vel* ℥j.
Rob Cydon. ʒvj.

M. S. Waſſer öffters zwey Löffelvoll zu nemmen.

Rob EBULINUM, Attichſafft/ (1. Loht 1. kreutz.) Stat etiam in claſſe ſudoriferorum & alexipharmacorum præſtantiorum:

℞. Aq. Card. Ben. ℥j.
Bezoard. ʒvj.
Rob Ebuli ʒj.
Mixt. ſimpl. ℈j.

M. F. Potio ſudorifera, quæ pro iminuendo ſero hydropicorum convenit.

Rob DIAMORON, Maulbeerſafft/ (1. Loht 2. kr.) Habet uſum in anginâ, putredine gingivarum, ubi gargariſmos ingreditur, e. g.

℞. Aq. plantag. Fl. liguſtr. Sambuc. aa. ℥iß.
Aq. Theriacal. ʒvj.
Rob diamor. ℥j. M. F. Gargariſmus.

Rob JUNIPERINUM, Wachholderbeerſafft/ Wachholder Lattwerg/ (1. Loht koſtet 2. kr.) Eſt optimum remedium in calculo.

℞. Rob Junip. ℥ij.
Vin. Malvat. ℔ß.

Stent in digeſtivo per plures dies. S. Morgens und Abends zu gebrauchen.

Rob NUCUM JUGLANDIUM, Baumnüßſafft/ (1. L. 2. kr.) Eſt adſtringens.

Rob RIBIUM, Johanns Träublein ſafft/ (1. Loht 2. kr.) Refrigerat in febribus.

Rob SAMBUCINUM, Holderbeerſafft/ Holder Lattwerg/ (1. Loht 1. kr.) Eſt antifebrile & diaphoreticum.

Digitized by Google

S.

SACCHARUM. Proficiſcitur ex arundine quâdam ſimili cannæ, ex quâ ſuccus ope torcularis exprimitur, coquitur poſt, & in formas in modum campanarum confectos inſtillant, in quibus reſervatur, donec ſenſim indureſcat, hinc etiam pilei iſti ſacchari adhuc præſentant formam campanarum iſtarum, in quas ſuccus coctus erat effuſus.

SACCHARUM CANDUM ALBUM, Canarien Zucker/ (Nach billichem Preiß/) Adhibetur communiter in morbis pectoris in raucedine, & ubi opus eſt expectoratione, cæterùm ex ſaccharo poteſt fieri ſpiritus acidulus: ℞. *Sacch. ſuper ignem ſolut. q.v.* ſuperfunde lateri calenti tamdiu, donec nihil amplius imbibat, inde lateres retortæ & expelle ſpiritus, qui à multis pro ſecreto habetur in calculo.

Sacchar. THOMÆ, Braun- oder Thomas-Zucker/ (Billicher Preiß) Propter vim abſtergendi, ingreditur Clyſteres, e. g. in morbis malignis:

℞. *Juris carn.* ℥x.
Sacch. Thom. ℥j. M.

In aliis etiam affectibus haud infrequens eſt, ut in ſcorbuto, affectibus hypochondriacis, ſi alvus ſit admonenda:

℞. *Rad. alth.* ʒiij.
Herb. malv. cum toto (i. e. tota planta) Parietar. Violar.
Flor. Chamom. aa. M.j.
Sambuc. P.j.
Tamarind. ʒvj.
Paſſul. min. ℥ß. Coq. in ſ. q. aq. ſimpl.
℞. *Colat.* ℥x.
Caſſ. extract. ℥j.
Sacch. Thom. ℥ß. M. F. Enema.

Sacchar. PENIDIUM, Penid-Zucker/ (In billichem Preiß) Laxat alvum blandiſſimè, hinc infantibus recens natis detur, ut removeantur feces.

Sacchar. ROSATUM, Roſen Zucker (1. Loht koſtet 4. kr.) Eſt cordiale & ſtomachicum, quia ad ſe recipit ſuccum roſarum imbutum ſpir. Vitrioli.

Sacchar. SATURNI, Bleyzucker/ (1. Loht 24. kr.) Præparatur ſequenti modo, nempe Ceruſſa vel Minium q. pl. ſolvitur in aceto deſtillato, ita ut emineat 4. digitos transverſos, ſtat in digeſtione tepidâ, ſæpius agitando minium, donec acetum amiſerit ſuam acrimoniam, & abierit in liquorem dulcem, tunc decantatur & filtratur, evaporatur ad apparentiam cuticulæ & abſtracta humiditate reponitur ad cryſtalliſandum in loco quieto, quòd ſi cryſtalli adhæſerint vaſi, renovandi ſunt, & crebrioribus ſolutioribus

depurandi,

depurandi, quæ conſtituunt ſacchar. Saturni, quod pro uſu interno recipi poteſt ad abſorbendum acidum, præſertim in affectibus hypochondriacis, melancholiâ aliiſque affectibus Lienis, cujus ſingulare audit remedium, propter quam rationem ſunt quidam, qui illud in quartanâ ad gran. xij. vel ℈j. cum Ocul. cancr. propinant. Poſt hæc eſt jucundum refrigerium & exſiccans, unde in inflammationibus, eryſipelate, ſcorbuto, in phlogoſi aliiſque efferveſcentiis quid ſingulare continet, hinc obtinet ſimul virtutem adſtringendi in dyſenteria & mitigandi paſſiones colicas eaſque bilioſas, hyſtericas & ſpleneticas, in quibus hoc ſequens haud contemnendum eſt experimentum:

℞. *Pulv. cort. aurant.* ʒß.
Sacch. Satur. gran. iij. M.

Sed ſubjectis delicatulis ingratus erit pulvis propter ſaporem: In inflammationibus in aqua roſat. poteſt ſolvi, & linteolis madefactis parti affectæ imponi.

Sacculi pro Epithemate Cordis, (ℜ. 1. 20. fr.) Ordinantur in virium proſtratione, quod fit in febribus malignis aliiſque morbis: ℞. *Spec. pro epithem. cord.* ℥iij. divide in 3. part. æq. fiant Sacculi, quorum duo pulſibus ſang. cordi applicandus:

℞. *Aq. Carbunc. Roſ. opt. aa.* ℥ß.
Acet. Bezoard. Rub. ida. aa. ʒvj.
M. S. Waſſer/ die Säcklein mit anzufeuchten.

Sagapenum, (1. Loht 6. fr.) Eſt Gummi arboris ſagapeni, ex ejus radice vulnerata exſtillat, eligendum eſt pellucidum odoratum, guſtu acriori præditum & intus albeſcens; habet vim incidendi humores viſcidos & ſalſos hinc in morbis ſpleneticis in formâ pilularum ſolet exhiberi; Cæterùm obtinet vim quandam magneticam, dum in paſſione iliacâ & herniâ, inteſtina dislocata ad convenientem ſitum rurſus reducit.

SALIA.

SALIA: Sunt vel volatilia vel fixa. Fixorum poſſumus dare duplicem differentiam, quæ ſunt ſpecialiter fixa dicta, ut ſal abſynth. vel quatenus ſunt mediæ naturæ inter volatilia & fixa, eſſentialia dicta, ut ſal eſſent. abſynt. &c. Salia fixa artificialiter producuntur, mediante igne, quorum præparatio abſolvitur calcinatione, ſolutione, filtratione & coagulatione, ita ut videatur talia ſalia in ſuis plantis vix præexiſtere, ſed fieri demum & generari ſub calcinatione, ubi ab igne vegetabili ſulphur in amplexibus occulti acidi exiſtens colliqueſcit, cui liquefactum dum occurrit ſal volatile, quod copioſum etiam in vegetabilibus reperiri jam novimus, adeoque ex his tribus ſulphure nempe, acido, & ſale volatili novum exurgit concretum Sal fixum dictum: ℞. igitur pro acquiſitione ejusmodi ſalis

Digitized by Google

plantam, quam calcinatione redige in cineres albos, ita tamen ut tibi caveas, ne intenſiore igne cineres fundantur, poſt ex cineribus per affuſionem aquæ ferventis paretur Lixivium, quod filtretur, lentoque igne in vaſe fictili evaporetur, & ſal reſidebit in fundo, quod ut eo purius reddatur, poſſunt tales ſolutiones, filtrationes & evaporationes aliquoties repeti, ſic jucundiſſima mundities illi conciliabitur: Quidam pharmacopæi pro purificatione horum ſalium addunt Nitrum, & impoſtura facilè poteſt detegi, ſi carbonibus injiciantur: Quidam ne ſalia liqueſcant in igne, & ut abeant in elegantiores cryſtallos, ſuperaddunt ſulphur in calcinatione, verùm vires ſalium ſic adulterantur, dum ſulphur illud pulveriſatum ſub deflagratione vim ſuam prodit, ita ut inde fiat ſal tertium. Cæterùm quamvis per crebriores calcinationes ſumma albedo his ſalibus conciliari poſſit, non tamen video quid ſibi velit ille nitor, niſi ut ſolis oculis placeat, quamvis intereà per tot inſtitutas calcinationes de viribus multùm perdiderint. Præterea obſervandum eſt, ſalia fixa vegetabilia per calcinationem parata, vix inter ſe agnoſcere eſſentialem differentiam, ſed quoad vires coincidere, quamvis in proprietatibus accidentalibus ſæpe poſſit inveniri differentia, hinc ſi mihi licitum eſſet ſelectum parare è ſalibus, ex urinoſo agmine tria tantùm ſecernerem, nempe ſal Abſynthites, Card. Bened. & Fumariæ, & ſi fortè nullum horum ad manus ſit, poteſt ſumi Nitrum cum pulvere carbonum vel aa. ſulphur. fixat. in corpus alkalinum.

SALIA ESSENTIALIA. Sunt concreta ſalino-formia parata ex decoctione ſuccorum vegetabilium depuratorum & nonnihil inſpiſſatorum, ſic enim abeunt & concreſcunt in ſal. ℞. videlicet plantæ alicujus recentis & ſucculentæ amplam quantitatem, contunde in mortario lapideo vel ligneo, poſt affuſa aqua font. copioſà coquantur ad conſumptionem medietatis, decoctum coletur & benè exprimatur, quæ colatura rurſus coquatur ad conſiſtentiam mellis, reponatur in vaſe fictili vitreato per octiduum in loco frigidiori & concreſcent elegantes cryſtalli, qui effuſo decocto colliguntur, ſic ſolet ex herbis amarulentis potiſſimùm ut Abſynth. Card. bened. & Arthemiſ. &c. parari ſal eſſentiale, verùm hæc ſalia eſſentialia in praxi ſelectiori non ſunt ita neceſſaria, utpote quibus proſtent alia meliùs parabiliora.

SALIA VOLATILIA. Ut notum eſt ex animalibus quidem promptiſſimè elici poſſunt, è vegetabilibus tamen quamvis illis turgeant non ita. cujus rei ratio conſiſtit in eo, quia in animalibus pauciſſimùm adeſt acidum ſalia ejuſmodi volatilia tenacius amplectens, hinc à compedibus libera etiam igne moderatiore avolant, è contra Vegetabilia habent ſuum acidum plus minus manifeſtum ſulphuri ſociatum, quod quaſi ligat

& figit

& figit eorum ſalia volatilia. E recentioribus Wedelius modum parandi ſalia volatilia dedit, in quâ operatione totum negotium in eo conſiſtere debet, ut acidum modò dictum deſtruatur, ut ſal volatile eò magis fiat ſui juris, hoc jam juxta Wedelium fit per putrefactionem, dùm enim vegetabilia putreſcunt ſal volatile agit in ſulphur, illudque deſtruit, ita ut poſtea caput extollat & proveniat ſub nomine ſalis volatilis urinoſi, in cujus præparatione ſequentes encheireſes notare debemus. (1) Plantam probè eſſe contundendam & quaſi in placentam redigendam. (2) Hujus maſſæ tantùm vaſi eſſe indendum, quantum poteſt recipere. (3) Vaſi deſtillatorio eſſe imponendum alembicum ampliorem. (4) Vas recipiens amplius: Nota tamen caules & ſtipites eſſe abjiciendos, ut reliqua pars eò meliùs in pultem abire poſſit, etiam plantæ humidiores citiùs putreſcunt obſervatis his requiſitis per additionem ignis ſal volat. ex plantis facilè haberi poteſt; Porrò cum Olea deſtillat. aliud nihil eſſe dixerimus, quàm ſalia volatilia à pinguedine & acido occulto concentrata, ſunt qui etiam ex illis ſalia volatilia acquirere laborant, de quâ re videri poteſt Helmont. qui tale acquiſivit ex Ol. deſtillat. & Ol. Terebinth. verùm hoc modo rariſſimè parantur. Hæc Salia vegetabilia volatilia nunc reſervantur ſub formâ ſpiritûs ſalini, quia ſic non ita facilè evaneſcunt & melius diſpenſari poſſunt, quàm in forma ſiccâ: Ex animalibus uti dictum facili negotio provenit ſal. volat. quæ omnia ferè coincidunt, unde pro ſelecto unum tantùm poſſit ſufficere nempe ſal volat. aut ſpiritus C. C. & urinæ, commodius n. aſſervantur ſalia illa in formâ liquidâ, quàm ſicca, videlicet ſpiritus rectificatus vel ab oleo ſeparatus proprio ſale volatili poteſt inebriari, ſic à ʒß. ad ʒj. egregii erit ſucceſſus. Innotuit à paucis annis orbi Medico Sal quoddam Volatile Oleoſum dictum, cujus inventionem Sylvio tribuunt, quod cum laudibus non ſatis poſſit extolli, & nomine medicamenti polychreſti ſalutari poſſit, ejus præparandi modus hic aliquo modo inſerendus erit. ℞. *Spirit. Vin. tartariſati, Spir. ſalis armon. volat. & optimè rectificat. aa.* ℥ß. *Ol. cinamom. aut caryophyll.* ℈ß. miſceantur & concreſcent in offam, hinc diligenter agitanda ſunt, ſic Ol. accuratè miſcetur cum ſpiritu ſalis armoniaci & ſpiritu vini tartariſato, eritque ſal volatile admodùm jucundi & aromat. ſaporis. Alio modo: ℞. *Caryoph.* ℥ß. *Cinam.* ℥j. *Nuc. moſch.* ʒvj. *Sem. cardamom.* ʒiß. *Carvi* ʒj. contundantur, adde Sal Tartari, Sal armoniaci exactè inter ſe contuſi & miſti aa. ʒvj. affunde his ſpeciebus ſpir. vini vulgaris ℥x. F. deſtillatio igne leniori, & quod primò prodit, reſerva eſt generoſiſſ. Sed poteſt parari ad modum eundem, quemadmodum deſcripſimus in Elixir. proprietatis: ℞. Aromata quamplurim. digere cum Oleo Tartari per deliquium, poſt digeſtionem affunde ſpirit. vin. alcoholiſat; cujus ſpirit. vini jam aromatiſat. ℞. ℥viij. *Spir. ſal. armo-*

armoeiali volat. ℥iij. *M.* & fiat igne leniori deſtillatio per alembicum, uti antea, quod remedium ſi quis poſſidet, herculeas vires exercebit contra acidum vitioſum.

SAL ABSYNTHII, Wermuht-ſaltz/ (1.quintl. 8. kr.) Sat laudatum eſt ut ſpecificum ſtomachicum, antifebrile & ſalia vitioſa acida corrigens, in febribus datur ante paroxyſmum:

℞. *Sal abſynth. Card. ben. aa. gran. xv.*

M. F. Pulvis. S. Schweißpulver auff einmahl.

SAL ACETOSELLÆ, (1.quintl. 40. kr.) In morbis hepatis calidis refrigerat.

SAL AMMONIACI, Salmiac/ (1.Loht 3.kr.) Solet rarò ita crudum dari, niſi primò ſublimetur vel depuretur, convenit egregiè in affectibus ſpleneticis & hyſtericis, utpote quod eſt valde penetrans, obſtructiones aperit, hinc egregium inde fit diaphoreticum & diureticum, & cùm ſalia ſylveſtria in quartanâ compeſcat, etiam in illâ eſt commodiſſimum, adhibetur in & externè, e. g. in obſtructione lienis, quartanâ, &c. tale epithema regioni lienis poteſt applicari:

℞. *Aq. flor. ſambuc.* ℔iß.

Sal. ammoniaci ℥iß.

S. Warmer Auffſchlag/ quod erit egregium in Quartanâ.

℞. *Sal. ammoniaci depurat. gran. XV. vel* ℈j.

Oc. cancr. gran. viij. vel ℈ß.

M. F. Pulvis, detur ante paroxyſmum præmiſſis præmittendis, ſic tam felices edet effectus, ut niſi febris altiores egerit radices rarò bis ſis aſſumpturus.

SAL ANTIFEBRILE, ℞. *Cap mort. relictum à deſtillat. ſpir. ſalis ammoniaci parati,* uti inferius eum deſcripturi ſumus, ſolvatur in aquâ calidâ, filtretur per chartam emporeteticam, colatura evaporetur ad cuticulam uſque, repone in loco frigido, donec ſal abeat in cryſtallos, quod leniter exiccandum eſt; Incidit & attenuat potenter humores pituitoſos & craſſos, corrigit acidum, hinc in febribus lentis & pituitoſis erit commendatiſſimum: doſis eſt ℈j. ad ʒß. uſque.

SAL ARTEMISIÆ, Beyfußſaltz/ (1.quintl. 8. kr.) Convenit in ſuppreſſione menſium, partu difficili & pro expellendo fœtu mortuo.

SAL CARDUI BENEDICTI, Cardenbenedictenſaltz (1.quintl. 8. kr.) Eſt celebre pro uſu diaphoretico & antifebrili:

℞. *Sal. Card. ben. Abſynth. aa. gr. xij.*

Volat. C. C. gran. v.

M. F. Pulvis. S. Schweißpulver. Nota ſal antifebrile in eâdem doſi poteſt præſcribi cum Ocul. Cancr. uti antea ſal ammonjacum.

SAL

Digitized by Google

SAL CENTAURII MINORIS, Tauſendguldenkraut-ſaltz/ (1. quintl. koſtet 10. kr.) Habet vires ſal. Abſynth. & Carduiben.

SAL CICHOREI, Wegweißſaltz/ (1. quintl. 8. kr.) Eſt aperiens in morbis hepatis, meſenterii, &c.

℞. *Spec. diarrh. Abb.* ℥ß.
Sal. cichor. Tamariſc. aa. ℈j. M.

SAL COCHLEARIÆ, Löffelkrautſaltz/ (1. quintl. 20. kr.) Vide Spir. cochlear.

SAL VOLATILE CRANII HUMANI, Menſchen Hirnſchal-ſaltz/ (1. quintl. 1. Guld. 10. kr.) Eſt ſpecificum antiepilepticum, ſed valde pretioſum, hinc aliud poteſt ſubſtitui.

SAL EUPHRASIÆ, Augentroſt-ſaltz/ (1. quintl. 10. kr.) Eſt ophthalmicum, & ſæpius præſcribitur ſequenti modo:

℞. *Sal. commun. depur. q. pl. Sem. fœnic.* ℥iij.
Cinamom. elect. ʒj.
Sal. Euphraſ. Rut. aa. ℈j.

M. S. Vermiſcht Augenſaltz bey der Mahlzeit.

SAL FUMARIÆ, Daubenkropff-ſaltz/ (1. quintl. 8. kr.) Eſt ſpleneticum, hinc in ſanguinis impuritate adhibetur, pro diaphoreticis præſcribitur eodem modo, uti Sal abſynth. vel Card. ben.

SAL FABARUM, Bonen-ſaltz/ (1. quintl. 8. kr.) Eſt diureticum, hinc convenit in hydrope & ſuppreſſione urinæ.

SAL GEMMÆ, Stein-ſaltz/ (1. Loht 1. kr. 2. pfen.) Effoditur è tellure, adhibetur pro clyſteribus, quos ad ʒj. pro ſtimulo ingreditur, e. g. in Colicâ:

℞. *Decoct. carminat.* ℥x.
Ol Chamomill. coct. Rut. aa. ℥ß.
Elect. diacathol. ℥j.
Unguent. clyſmat. ʒvj.
Aq. hyſter. cum caſtor. ℥ß.
Sal gemm. ʒj. M. F. Enema.

SAL GENISTÆ, Pfrimmen-ſaltz/ (1. quintl. 8. kr.) Eſt aperitivum.

SAL GUAJACI, Saltz auß Frantzoſenholtz. (1. quintl. 30. kr.) Eſt anticatharrale.

SAL LIGNI FRAXINI. Eſt aperitivum.

SAL NITRI, Salpeter/ (1. Pfund 24. kr. 1. Loht 1. kr.) Sive lapis prunellæ commodiſſimum eſt in febribus ardentibus & malignis & inflammationibus, & ubi ſimul refrigeratione opus eſt, e. g. in febribus malignis & peſtilentialibus:

℞. *Sal. prunell.* ʒß.
Bezoard min. ℈j.
Camph. gran. vj. Miſc.

Digitized by Google

Miſc. F. Pulvis pro unâ doſi, qui aliquoties repetendus eſt, ſic in tertianâ intermittente:

℞. *Antimon. diaphor.* ℈ß.
Sal. Nitri ℈j.
C. C. *ſine Ign.* ℈iß.

M. F. Pulvis, dividatur in 2. part. æqual. detur bis ante paroxyſmum.

SAL NITRI ANTIMONIATI, Eſt ſtimulus pro irritatione alvi, hinc ſuppoſitoria illo aſperguntur:

℞. *Suppoſ. acut. pro adulto vel pro infante num. num.*j.

illinatur ol. chamomill. vel rut. vel violar. aſpergatur vel nitr. vel ſal. gem. vel nitro antimoniato, quod eſt frequentius. D. S. Stulzäpfflein.

SAL PERLARUM, Perlenſaltz/(1.quintl. 2. Guld.) Eſt cordiale, ſed propter pretium rarò præſcribitur.

SAL VOLATILE CORNU CERVI, fliegend Hirſchhorn-ſaltz/(1.qu:24.fr.) Præparatur ſequenti modo: ℞. *Sal. volat. C. C. cum Ol. ſuo fœtido permixti q. pl.* miſce cum proprio cap. mort. ad gryſeum colorem calcinatum, donec maſſa fiat arida & ſicca, fiat ſublimatio ex phiolâ vitreâ, ita enim obtinebis ſal volat. C.C. albiſſ. rectificatum, quo pacto autem illud deſtilletur, docebimus ſub titulo de ſpiritibus. Eſt laudatiſſimum ſudoriferum, cephalicum, uterinum pro ſudore eliciendo:

℞. *Sal. Card. ben. Abſynth. aa. gr. xij.*
Sal. volat. C.C. gr. v. M. F. Pulvis.

In affectibus capitis apoplecticis aliiſque nec non in morbis catharralibus ſenum: ℞. *Sal. volat. C. C. p. ij.*
Cinnab. antimonii p. j. M. F. Pulvis.

Pro infante aliquot menſium epilepſia correpto:

℞. *Specif. cephal. Sal. volat. C C. aa. gr. ij.*
Ocul. cancr. gran. xv. M. F. Pulvis, dividatur in 2. part. æq.

Ne fortè oblivioni tradatur præparatio ſal. volat. C. C. methodo procedendi in rectificatione hinc etiam ipſam adjungimus præparationem: ℞. *Raſur.* C. C. *q. pl.* ac reple retortam ad collum uſque, fiat deſtillatio ex arena, igne fortiſſimo, ſic obtinebis Ol. fœtidiſſ. ſpir. & ſal volat. adhærent. hinc inde lateribus recipientis, quod jam dicto modo per cucurbitulum leviſſimè rectificant: Multi ex hodiernis hoc ſal injiciunt rurſus in proprium ſpiritum, ſic enim non ſolùm vires ſartæ tectæque ſervantur, verùm etiam præſtantiſſima ſic acquiritur medicina.

SAL VOLATILE SUCCINI, (1.quintl. 10.fr.) Præparatio ſpiritus, Ol. & Sal volat. ſuccini ſeq. modo inſtituitur: ℞. *Raſur. ſuccin. q. pl.* hanc pelle per retortam vitream (cujus pars dimidia debet manere vacua) ex arenâ, primò igne leni, mox validiori, donec liquor craſſior cum ſale volatili

per

Digitized by Google

per collum retortæ deſtillet, ita enim obtinebis Spir. Oleum ac Sal. volat. Succini: ut autem Oleum eò clarius ac limpidius evadat ex novâ retortâ leni igne eſt rectificandum. Rectificatio autem ſalis volat. ſuccini hoc modo inſtituitur: ℞. *Sal. volat. ſuccin. q. pl.* miſce cum duplo ſalis communis calcinat. vel cum triplo ſi multum Ol. fœtidi adſit, indatur teſtæ terreæ, cui impone pyramidem chartaceam ex papyro ad hanc rem aptam, & fiat ſublimatio igne ſatis valido, ſic obtinebis ſal volat. ſuccin. rectif. & candidiſſ. Hujus uſus non ſat eſt deprædicandus in paſſione hyſterica, obſtructione menſium, epilepſiâ, apoplexiâ, ſuppreſſione urinæ, hydrope, &c. datur à gutt. vj. uſque xx. verb gr. Pro infante epileptico:

℞. *Pulv. march.* ℈j.
Fecul. pæon. ℈ß.
Cran. hum. præpar. Ungul. alc. præpar. aa. gr. iij.
Sal. volat. ſuccin. gr vj. M. F. Pulvis pro 3bus doſibus.

℞. *Margarit. præpar. gran. vj.*
Fec. bryon. gran xij.
Caſtor. gran. iij.
Sal. volat. ſuccin. gr. ij. M. F. Pulvis pro unâ doſi.

Poteſt etiam ordinari in partu difficili:

℞. *Specif. ceph. gran. xv.*
Sal. volat. ſuccin. gran. iij. M. F. Pulvis pro unâ doſi.

SAL TAMARISCI, Tamariſcken-ſaltz/ (1. quintl. koſtet 8. kr.) Eſt aperiens.

SAL TARTARI, Weinſtein-ſaltz/ (1. quintl. 6. kr.) Corrigit acidum vitioſum, incidit & attenuat humores craſſiores, hinc fit præſtantiſſimum digeſtivum & diureticum, additur ſæpè infuſionibus & decoctis purgantibus, utpote per illud purgantia non ſolùm promptiſſimè reddunt virtutem purgandi, verùm etiam non opus habent violentiori decoctione, utpote in qua ſæpius caſtrantur:

℞. *Crem. Tartari, Sal. Tartari, aa.* ℈j.
Ol. deſtill. tereb. vel. junip. gut. iij.

M. dividatur in 2. part. æquales.

SAL VIPERARUM, Vipern-ſaltz/ (1. quintl. 3. kr.) Vide ejus virtutes in *Tit.* Pulv. viper.

SAL VITRIOLI VOMITIV. Vitriol-ſaltz/ (1. quintl. 6. kr.) Vide Chymiam Crollii de præparatione: Eſt emeticum violentiùs, hinc non ſæpè tutò datur, nihilominus tamen in morbis contumacioribus, quartana, ſingultu indeſinenti, &c. ſuas adhuc meretur laudes: datur tam in formâ pulveris, quàm potionis:

℞. *Sal. vitriol. vomit.* ℈j.
Eleoſacch. aniſ. gr. iiij. vel. v. M F. Pulvis pro una doſi.

Digitized by Google

Vel ℞. *Sal. vitriol. vomit.* ʒß.
Aq. abſynth. ℥ß. M. F. Potio.

Sanguis Draconis, Drachenblut/ (1. L. 4. fr.) Eſt lachryma arboris alicujus exoticæ ſtillantis hunc ſanguinem, quam ob figuram appellant draconem: aſtringit potenter & conglutinat, hinc ejus uſus eſt in exſiccandis catharris, ſiſtendis hæmorrhagiis & fluxibus alvi dyſentericis.

Sanguis Hirci Præparatus, bereit Bocksblut/ (1. Loht 3. fr.) Poteſt ingredi Pulv. contra caſum pro reſolvendo ſanguine grumoſo: e. g. ſi ex tempore velimus præſcribere talem pulverem.

℞. *Ocul. cancr. præpar. Sang. Hirc. aa.* ʒß.

M. pro duabus doſibus exhibendis in aceto & expectando ſudorem.

SANTALUM, weiſſer Santel/ ꝛc. (1. Loht 2. fr.) Eſt triplex album, citrinum & rubrum: provenit ex tribus diſtinctis arboribus in denſiſſimis Indiæ ſylvis: ratione bonitatis primò ſtat flavum, ſuccedit album. Tria hæc ſantalorum genera ſunt hepatica & cardiaca, adhibentque pro temperando ſanguinis fervore non ſolùm in febribus, ſed etiam aliis hepatis morbis, ubi refrigeratione opus eſt, ſic poteſt ordinari in ejusmodi caſibus epithema externè hepati applicandum:

℞. *Aq. Endiv. Solan. Sempervir. Lactuc. aa.* ℥ij.
Pulv. ſant. rubr. Roſ. rubr. aa. ʒiij.

M. F. Epithema, quod etiam in hecticâ in uſum vocari poteſt.

Sapo Odoratus, (1. Stuck 6. fr.) Adhibetur in ſcabie, poteſt tali modo ordinari:

℞. *Sapon. Venet.* ℥iß.
Sulphur. citrin. ʒj.
Sacchar. ſaturn. ʒß.
Fecul. Bryon. ℈ij.
Ol. Tartari ʒj.
Styrac. ʒß.
Ol. lign. Rhod. vel Caryoph. gutt. vj. M. F. Globuli.

Sarsaparilla, Sarſaparill/ (1. Pfund 1. Guld. 40. fr. 1. Loht 5. fr.) Provenit in Peru aliisque Indiæ regionibus, eſt inſigne diaphoreticum, aperitivum & carminativum, delet venenum in lue vereneâ, adhibetur commodiſſimè in catharris aliisque morbis, ubi ſerum abſumere animus eſt, præſcribitur in formâ decocti, cujus in antecedentibus dedimus exemplum.

Sassafras, Indianiſch Fenchelholtz/ (1. Pfund 24. fr. 1. Loht 1. fr.) In Americâ provenit in locis montoſis & præternavigantibus ſuaviſſimum præbet odorem. Ejus uſus latè patet, ſolet enim adhiberi pro quibuscunque obſtructionibus tollendis, cæterùm convenit cum Sarſaparilla

Schœ-

Schoenanthum, Cameelſtroh/ (1. Loht 12. fr.) Eſt planta quædam juncea & ſtraminea, convenit in obſtructione menſium, flatibus, &c. Externè manſum corrigit anhelitum oris.

Stinci Marini, Meerſtinz/ (N. 1. 16. biß 20. fr.) Rarò uſurpantur.

Scylla Præparata, bereitete Meerzwiebel/ (1. Loht 8. fr.) Convenit egregiè in aſthmate.

Sebesten, ſchwartze Bruſtbeerlein / (1. Loht 3. fr.) Sunt fructus thoraci dicati, hinc conveniunt egregiè in tuſſi, & laborioſâ reſpiratione, ingredi poteſt ſpec. pro potu ordinario in ejusmodi morbis, ut:

℞. *Rad. Chin.* ℥ß.
Liquirit. Farfar. aa. ʒvj.
Paſſul. min. ʒiij.
Sebeſten. Jujubar. aa. num. vj.
Sem. fœnic. ʒij.

Inciſa groſsè dentur ad chartam, quarum cochlear plenum ſumitur pro decoctione dimidiæ menſuræ aquæ.

SEMINA.

De Seminibus pauca notatu digna occurrunt, niſi quod ſubinde ex illis parentur Emulſiones, de quarum præſcriptione notetur, quod ſemper pro ʒj. ſem. ſit ſumenda ℥j. aquæ, ne nimis craſſæ & pultaceæ fiant, utpote quod ingratum.

Semen Anisi, Aenis-ſaamen/ (1. Pfund 20. freutz. 1. Loht 1. fr.) Corrigit cruditates, unde in affectibus ventriculi & inteſtinorum flatulentis ſæpe præſcribitur:

℞. *Sem. aniſ. Fœnic. Carv. Coriandr. aa.* ʒj.
Cinamom. Nuc. moſch. Maceris, aa. ʒß.
Sacch. roſ. tab. ad pondus omnium.

M. F. Tragæa. S. Treſney / zween Meſſerſpitz voll auffs Eſſen zu nemmen.
Hoc ſemen eſt etiam nobile pectorale: vide formulam antecedentem.

Sem. Aquilegiæ, Aglenſaamen/ (1. Loht 4. fr.) In febribus malignis, variolis & morbillis pro ſcopo ſudorifero ingreditur emulſiones:

℞. *Sem. Aquileg. Nap. aa. gran. XV.*
Citr. Card. ben. aa. ℈ß.

Contundantur & emulgeantur cum aq. Card. bened. ℥ij. adde Margarit. præpar. gran. vij. Sacchar. perlat. ad gratiam, M. Nota, emulſiones iſtæ, quæ ex ſeminibus frigidis præparantur, ultra horas 24. ſtare non debent, quia aceſcunt, hinc quando præſcribuntur ad duas doſes, ſumitur una ante cubitum, altera poſt mediam noctem. Deinde emulſiones utplurimùm horis veſpertinis aſſumuntur,

Digitized by Google

SEMEN CANNABIS, Hanffſaamen/(1. Pfund 8. kr. 1. Loht 2. pfen.) Temperat calorem partium genitalium, hinc in gonorrhæâ eſt egregium, ex eo Mynſicht. habet emulſionem, quæ in hunc finem ſic præſcribitur: ℞. *Emulſ. ſem. Cannab. Mynſ.* ℔ij. S. Milch/ alle Abend ein Glaßvoll vor ſchlaffen gehen zu nemmen.

Sem. CARDUI BENEDICTI, Cardenbenedicten-ſaamen / (1. Loht 4. kr.) CARDUI MARIÆ, Vehdiſtel-ſaamen / (1. Loht 3. kr.) Sunt ſudorifera, vide ſem. aquileg.

℞. *Sem. Nap.* ʒiij.
Card. Ben. Mariæ aa. ℈j.

Contundantur cum Aq. Card. ben. Scorzon. aa. ℥iij.
F. ſ. a. Emulſio. adde Antimon. diaphoret. ℈j. Julep. roſ. parùm. M. F. Emulſio. S. Schweiß-Milch auff 2. mahl zu nemmen.

Sem. *CARTHAMI*, Flor-ſaamen/ wild Saffran-ſaamen/ (1. L. 1. kr. 2. pf.) Eſt purgans phlegmagogum, ingreditur vina medicata.

Sem. *CINÆ*, Würm-ſaamen / (1. Loht 4. kr.) Eſt ſpecificum contra lumbricos, dicitur aliàs ſemen ſantonicum: vide ſupra ſpecies contra Vermes, quas dedimus ex Timæo.

Sem. *CITRULLI*, Citrullen-kern. Refrigerat.

Sem. *CORIANDRI*, Coriander ſaamen / (1. Pfund 16. kr. 1. Loht 1. kr.) Eſt egregium ſtomachicum, uterinum & cephalicum, hinc in harum partium morbis inprimis ventriculi ſeq. pulv. pepticus non erit inutilis:

℞. *Sem. Coriandr. præpar.* ʒiij.
Nuc. moſch. Galeng. aa. ʒj.
Corall. rubr. præpar. ʒiß.
Caryophyll. ℈j.
Spec. aromat. roſ. ʒij.
Sacch. roſ. tab. ad pondus omnium. M. F. Tragæa.

Sem. CYDONIORUM, Quittenkern/ (1. Loht 6. kr.) Convenit in dyſenteriâ, ubi aſtringit, humorumque acrimoniam lenit, in exulcerationibus faucium, hocque eſt egregium:

℞. *Mucilag. ſem. cydon rec. Aq. roſar. extract.* ℥ß. *vel* ℥j.
quod in anginâ etiam poteſt adhiberi.

Sem. *ERUCÆ*, Rauckeu oder weiſſer Senffſaamen/ (1. Loht 2. pfenn.) Solet dentibus maſticari pro præſervatione à catharris & apoplexiâ, quia incidit & attenuat humores viſcidos & pituitoſos.

Sem. *MELONUM*, Melonenkern/ (1. Loht 2. kr.) Eſt egregium, refrigerans in morbis capitis calidis, phrenitide, febribus & vigiliis, &c.

℞. *Amygd. dulc. rec. excort.* ʒiij.
Sem. melon. excort. ʒij.
Papav. alb. ℈ij.

Con-

Contuſa emulgeantur cum aq. ceraſ. nigr. flor. til. aa. ℥iij. adde

Laud. opiat. gran. j.
Perlar. præpar. gran. vj.
Julep. roſar. ad gratiam.

M. F. Emulſio. D. S. Kühlende Milch / vor 2. mahl Abends und Mitternacht zu nemmen / quæ emulſio magnarum erit virium in vigiliis & phrenitide.

Semen Lini, Leinſaamen / Flachsſaamen / (1. Pfund koſtet 8. kreuzer / 1. Loht 2. pfen.) Eſt anodynum, lubricitat alvum, & flatus diſſipat, hinc ſolet ingredi clyſteres anodynos & carminativos, ſit talis ordinandus in Calculo;

℞. *Herb. malv. cum toto M. j.*
Branc urſin. Violar. Veronic. Parietar. aa. M. ß.
Flor. Chamom. M. j.
Rad. Alth. ℥vj.
Summit aneth. M ß.
Sem. Lin Fœnugr. aa. ℥ß.
Aneth. ℥iij.

Coq. ex aq. ſimpl. colat. ℞. ℥x. adde *Caſſ. ℥j. Ol. amygd. dulc. violar. aa. ℥j.* M. F Enema.

Sem. Lycopodii, Gürtelkraut oder Waldmoß-ſaamen / (1. Loht 4. kr.) Solet à multis aſſervari pro ſecretiori remedio ad epilepſiam infantum, quia eſt proſapiæ ſulphureæ igniq́ue commiſſum facillimè flammam concipit: datur ℈ß. ad ℈j. Ante annum commendavi ſimilem pulverem vel farinam ſulphuream reperibilem Vere in julis Coryli paſtori cuidam, qui mihi narravit, ſe multos ruſticorum infantes hâc farinâ ab epilepſiâ liberâſſe: notiſſimum etiam eſt lignum Coryli fundare ol. Heraclin. Rulandi, ſingulare illud antiepilepticum. Sicut etiam viſcus corylinus nobile ad epilepſiam eſt euporiſton.

Sem. Milii Solis, Meerhirſen / Steinſaamen / (1. Loht 1. kr.) Pellit urinam, ſpecificum in calculo: vide ſuperius deſtillatum illud, quod dedimus pro calculo.

De Semin. Melonum, Melonenkern / & Cucumeris, Cucumerſaamen / Gurcken-ſaamen oder Kern / (1. Loht 2. kr.) adhuc notetur, quòd in affectibus nephriticis ſint egregia, hinc in calculo ſequens Pulvis convenit:

℞. *Pulv. Rad. Liquirit. Alth. aa. ʒij.*
Sem. Melon. Cucum. aa. ʒiß.
Portul. Papav. alb. aa. ʒj.
Ocul. cancr. Teſtar. ovor. aa. ʒj.
Succin. præpar. ʒß.
Sacchar. ℥j.

 M. Fiat

M. Fiat Pulvis. S. Pulver / jedes zween Meſſerſpitz voll des Morgens zu nemmen.

SEMEN NAPI, Steckrüben-ſaamen/ (1.Loht 1. fr.) Vide Citri & Card. ben. ſemen.

Semen PAPAVERIS ALBI, weiſſer Magſaamen/ (1.Loht.1.fr.) Eſt anodynum & narcoticum, hinc datur in vigiliis nimiis & febribus pro refrigeratione & conciliando ſomno, ut:

℞. *Sem. pap. alb.* ℥ß.
4. frig. maj. aa. ℈ij.

Contuſa emulgeantur cum aq. papaver. errat. C. C. citrat. aa. ℥ij. F. l. a. Emulſio, adde Sacchar. perlat. ad gratiam, M. S. Kühlende Milch auff einmahl zu nemmen / quæ in febribus continuis poteſt uſurpari, pro conciliando ſomno in febribus malignis & arthritide, ut:

℞. *Aq. Verben. Plantag. aa.* ℥iij.
Hypnot. Mynſ. ℥iß.
Sem. pap. alb. ℥ß.

F. l. a. Emulſio. S. Aeuſſerlicher Aufſchlag / quod linteis duplicatis fronti & temporibus applicatur. Hæc ſunt illa ſemina uſitatoria, reliquorum virtutes facilè à Pharmaceuticis peti poſſunt, vel ſi quæ ſint, quæ intacta deſeruerimus, illorum vires & præſcribendi methodus, facilè conſtabunt ex variis illis decoctis, infuſionibus, trageis, clyſteribus, aliiſque, quorum hinc inde mentionem fecimus. Cæterùm hic omittenda non venit alia Emulſiones ordinandi methodus, quas nulla ſemina ſed præcipitantia ingrediuntur, quæ aquas ſuperadditas tingunt colore lacteo & ſæpius præferuntur emulſionibus ſupradatis, e. g.

℞. *Aq. Fumar.* ℥iß.
Antimon. diaphor. ℈ß.
Lap. Bezoar. occident. gr. viij.
Sacchar. perlat. ʒß.

M. F. Potio. S. Schweißtranck auff einmahl zu nemmen. Ejusmodi emulſiones confortantes ſæpe ordinantur, quæ ſæpiſſimè concedantur ægris cochlearibus, ut:

℞. *Ocul. cancr. præpar. Corall. rubr. præpar. aa.* ʒß.
Antimon. diaphor. ℈j.
Perlar. præpar. ℈ß.

Subigantur cum *Aq. Borrag. Bugloſſ. aa.* ℥ij.
Corn. Cerv. citrat. Cord. frig. Herc. S. aa. ʒvj.
Spir. Citri, Rubi idæi aa. gutt. vj.
Man. Chriſt. perlat. ʒij.

M. S. Hertzſtärckende Milch / alle 2. oder 3. Stund 3. Löffelvoll in febribus arden-

ardentibus continuis & malignis, &c. danda. Si in dictis morbis & etiam aliis adſit metus convulſionis & epilepſiæ, rurſus ejusmodi emulſio humores ferocientes præcipitans multùm merebitur laudis:

℞. *Cran. hum. præpar.* ʒß. *fortè* ℈ß.
Fec. pæon. ʒß.
Antimon. diaphor. ℈j.
Ung. alc. præpar. gran. xij.

Affunde parùm aq. epilept. Lang. ſubigantur probè in mortario lapideo, affunde ſeorſim *Aq. Beton. Card. ben. Flor. til. aa.* ℥j. adde
Julep. roſ. ad gratiam.

M. S. Hertzſtärckende Milch löffelweiß zu geben.

FOLIA SENNÆ, Sennetblätter/ (1. Loht 4. fr.) Sunt vel Alexandrina, vel Italica, illa ſunt præſtantiora, exhibent admodum benignum purgans, pro quavis ætate & ſexu, poteſt ſalutari nomine panchymagogi, adhiberi autem ſolet in ſpecie in morbis lienis, hepatis, ventriculi & meſenterii. Dantur in ſubſtantiâ & infuſo. In illâ ad ʒß. ʒij. rarius tamen, in hoc à ʒij. ad ℥ij. ſed crebrius, ſit itaque præſcribenda potio in morbis lienis, aliisque ex cruditate acidâ oriundis pro laxatione alvi:

℞. *Fol. ſenn.* ʒij. *vel* ℥ß.
Cinamom. Zingib. aa. ℈j.
Crem. Tartari ℈ij.

Infunde per noctem in Vino calido, manè fiat fortis expreſſio. D. S. Laxier-wein auff einmahl zu nemmen.

Vel ℞. *Folior. ſenn.* ʒij. *vel plures.*
Sal. Tartar. gr. iij.

Infunde per noctem in ſ. q. Aq. Fumar. vel Flor. acaciar. adde Colatur.
Pulv. rad. laxat. ℈j.
Tartar. vitriolat. ℈ß.
Spir. Meliſſ. gutt. vij. M. F. Potio.

Si velis ordinare vinum medicatum laxativum in cachexia & prædictis morbis:

℞. *Summit. abſynth. Cent. min. aa. M. j.*
Fol. ſenn. ℥iß.
Rhabarb. ℥ß.
Cinamom. Galang. aa. ʒj.
Flaved. Cort. citr. ℈ij.

Inciſa & contuſa groſsè dentur ad nodulum. S. Säcklein zum Wermutwein.

SEVA. Vide ſuperius Adipes, Axungias.

DE SIEF, (1. quintl. 3. fr.) Nihil notatu dignum occurrit.

SPECIES

Digitized by Google

SPECIES, PULVERES AROMATICI.

Specierum & Pulverum medicinalium ingens proſtat numerus, ubi ſæpe pretioſa ſunt comixta viliſſimis, cui tamen bono tantus apparatus accommodatus ſit, neſcio, præprimis cùm ferè omnes coincidant ratione virtutum & compoſitionis: Variæ enim ſeminum carminativorum & aromatum miſcelæ faciunt varias illas compoſitiones, hinc potiùs conſultum foret, ut harum ſpecierum in praxi concinniori fiat ſelectio, in quem finem notetur ſequens compoſitio, quæ erit inſtar omnium & æquipollebit triginta ſpeciebus & compoſitionibus vulgaribus:

℞. *Rad. ari in umbr. ſiccat. & pulv.* ℥iiij.
Arcan. duplic. Mynſ. ℥ij. *vel loco hujus*
Sal ammoniaci, Abſynth. ℥j.
Rad. calam. aromat. ʒiij.
Cinamom. Caryoph. aa. ʒij.
Maceris, Piper. long. Zingib. Cubebar. Cardam Zedoar. aa. ʒiß.

M. F. Pulvis, qui pro lubitu diſpenſari poteſt. Sed videamus ſpecies illas, quæ frequentiores ſolent eſſe.

SPECIES *contra* APOPLEXIAM, Pulver wider den Schlag mit Biſam/ (1. quintl. 16. fr.) Adhibentur pro præſervatione contra apoplexiam, vertiginem, memoriam debilem, catharros, &c.

℞. *Spec. contra apopl.* ʒiß.
Ambr. gran. v.
Ol. deſtill. ſuccin. gutt. vj.
Cinam gutt. vj.
Sacch. alb. in aq. Lavend. ſol. ℥iij.

F. ſ. a. Rotulæ, in tali enim formâ hæ ſpecies commodiſſimè dantur.

Species AROMATICI ROSATI, (1. quintl. 20. fr.) Sunt nobile ſtomachicum & uterinum in cruditate & intemperie frigidâ:

℞. *Spec. contra apopl. Arom. roſat. aa.* ʒj.
Thuris, Myrrh. aa. ʒß.
Sacch. roſ tab. ℥iij.
Fol. auri num. ij.

M. F. Pulvis, qui etiam erit egregius pro confortatione memoriæ.

Spec. CORDIALES TEMPERATÆ, Temperirt Hertzſtärckend Pulver/ (1. quintl. 24. fr.) Dantur in lypothymiâ, palpitatione cordis, nec non pro confortatione:

℞. *Pulv. cord. pret. l. c. l. ſ. pret.* ℈ß. *gr xv.* ℈j. ʒß.

Spec. DECOCTI APERITIVI, Species zum Eröffnungs Tranck/ (1 Loht 4. fr.) Convenit in obſtructione & affectibus hepatis, fiunt inde decocta & infuſiones, ſunt etiam commodæ pro vino medicato: ℞. *Spec.*

℞. *Spec. pro decoct. aperitiv.* ℥iij.
Fol. ſenn. ſ. ſ. ʒx.
Mechoacann. Agaric. Turbith. gummoſ. aa. ʒiij.
Paſſul. min. ℥j.

Inciſa & contuſa groſsè dentur ad chartam pro menſurâ vini.

Species Decocti Carminativi, Species zum Wind tranck (1. Loht koſtet 4. kr.) Proſtant pro clyſteribus, ſic e. gr. in colicâ:

℞. *Decoct. carmin.* ℥x.
Elect. diacathol. ℥j.
Ol. rut. Chamom. coct. aa. ℥ß.
Unguent. clyſmat. ʒvj.
Aq. hyſter. cum caſtor. ℥ß.
Sal. gemm. ʒj. M. F. Enema.

Pro infante unius aut duorum menſium:

℞. *Decoct. carmin.* ℥j.
Aq. carminat. ʒij.
Mell. crud. ʒj. M. F. Enema.

Spec. Decocti Pectoralis, Species zum Bruſt-Tranck/(1. Loht 3. kr.) Conveniunt in tuſſi, aſthmate, difficili reſpiratione, &c.

℞. *Decoct. pector. Auguſt.* ℔ij.
Aq. aſthm. Cinamom. Bugloſſ. aa. ℥j.
Conſerv. Veron. Pulmon. aa. ʒvj.

M. S. Bruſttranck des Tags 2. oder 3. mahl ein Glaßvoll.

Spec. Diacinamomi, Diagalangæ, (1. quintl. 6. kr.) Calefaciunt uterum & ſtomachum, hinc in cruditate, menſium obſtructione erunt egregiæ:

℞. *Spec. diagalang. Diacinam. aa.* ʒj.
Nuc. Indic. condit. ʒiß.
Zingib. ʒiij.
Sacch. in aq. ſtomach. ſol. q. ſ.
F. Confectio in morſulis. Detur.

Spec. Diatrbos, (1. quintl. 6. kr.) In tuſſi, raucedine, difficili reſpiratione, aliiſque morbis, pectoris convenit, quò refer Species diatragac. calidas:

℞. *Spec. diair. Diatrag. calid. aa.* ʒiß.
Confect. ſem. aniſ. ʒij.
Sacch. cand. ad pondus omnium. M. F. Pulvis. D. ad Scat.

Spec. Diamargariton Calidi. (1. quintl. 6. kr.) In lypothymia, palpitatione cordis, aliiſque noſtris ubi vires deficiunt, præſcribuntur:

℞. *Spec. diamarg. calid.* ʒß. D. S. Pulver auff einmahl.

Frigid. Sunt etiam cordiale in ejus morbis calidis:

℞. *Spec. diamarg. frig.* ʒj.
Confect. alkerm. ℈ß.
Sacch. in aq. Hed. ſaxon. ſol. q. ſ. F. l. a. Rotulæ.

SPECIS *DIAMBRÆ, DIAMOSCHU*, (1. quintl. 12. kr.) In affectibus cerebri, apoplexiâ, vertigine, catharris, memoriæ debilitate, &c. laudantur, e. gr. ℞. *Spec. diamoſch. Diambr. contra apopl. aa.* ʒij.
Nuc. jugland. condit. num. ij.
Ind. condit. ʒij.
Conſerv. flor pæon. Prim. ver. aa. ʒii.
Sacch. in aq. lil. convall. ſolut. q. ſ. F. l. a. Morſuli.

Spec. *DIARRHODON*, (1. quintl. 8. kr.) Sunt confortativum hepatis, præprimis ubi eſt obſtructum, menſes ſuppreſſi, & cachexiæ, nec non hydropis eſt metus. Pro ſanguinis refrigeratione miſcetur ſæpè cum aliis refrigerantibus, e. gr. in tertianâ & aliis morbis:

Rec. *Conſerv. roſ. vitriol. Rad. cichor. aa.* ℥ij.
Specier. diarrh. Diatr. ſant. aa. ʒj.
Confect. alkerm. ℈iiij.
Lactuc. Hiſpan. condit. ℥j.
Syr. Berber. q. ſ. M.

Spec. *DIATRAGACANTHI Frigidi*, (1. quintl. 6. kr.) Meritò commendantur in defluxionibus catharralibus ad pectus, hinc in phthyſi, tuſſi, raucedine, pleuritide ſæpiſſimè præſcribuntur à Practicis:

Rec. *Conſerv. roſ. antiq.* ℥iij.
Diacydon. ſimpl. ℥ß.
Spec. diatrag. frig. Diapenid. aa. ʒj.

Cum ſyr. de farfara q. ſ. F. Electuarium. S. Lattwerge/ des Tags einer Welſchen Nuß groß 2. oder 3. mahl zu nemmen.

Spec. *de HYACINTHO*, Hyacinthen-pulver/ (1. quintl. 20. kr.) Confortant egregiè cor & in omnibus ferè ejus affectibus, ſolent dari præprimis ubi adeſt malignitas, easdem virtutes obtinent ſpec. liberantes, &c.

Rec. *Spec. de hyacinth. Liberant. aa.* ʒß.
Confect. alkerm. gr. iiij.
C. C. phil. præpar. ℈ß.

M. F. Pulvis, dividatur in duas partes æquales. Nota ſpecies liberantes cum aloë conveniunt ſexui maſculino, ſine eâ fœminino, hinc in præſcriptione addendum cum vel ſine aloë.

Spec. *pro EPITHEMATE CORDIS*, (1. quintl. 6. kr.) Vide Saccul. pro epithemate cordis.

SPECIFICUM FEBRILE CROLLII, Fieber-Pulver/ (1. quintl. 6. kr.) Paratur

Paratur ex cochleis; præcipitat humores ferocientes in febribus, hinc commodiſſimè inſtante paroxyſmo in cereviſiâ calidâ ℥ß. ℈ij. ad ℥j. uſque datur, poteſt bis vel ter repeti, ſic enim febres utplurimùm ſolent ceſſare, quod ſi hoc non ſit ad manus, poteſt recipi & præparari Specificum Febrile Timæi à Guldenklee/quod eâdem doſi datur.

SPERMA CETI, Wallraht/ (1.quintl.koſtet 12.kr.) Ob laudabiles & incomparabiles vires meretur, ut de eo legatur elegantiſſima DN. D. Ettmülleri de eo Diſſertatio, ubi vires graphicè delineantur, nec non uſus practic. cum formulis elegantiſſ. concinnis ſatis applicantur. Ne tamen illud intactum deſeramus, pauca de eo. Eſt corpus oleoſum & valde pingue horis matutinis tempore vernali, mari placato innatans, colliqueſcit facilè à calore ſolis, ſuperveniente verò aëris frigiditate præſertim manè rurſus concreſcit. Recens æmulatur ferè Butyrum, vetuſtius verò rancidum eſt, pro uſu medico prorſus inutile. De origine ejus plurimæ apud Pharmaceuticos & Hiſtoricos repertibiles ſunt opiniones, dum alii ad minerale, ad animale alii illud referunt. Phyſici quidam ad Animale regnum illud referentes aſſerunt, quòd ſit genitura ſive liquor ſeminalis balænarum effuſus in mare tempore coitus, propterea hactenus audivit ſperma ceti, cujus opinionis probationem inde deſumunt, quod in illis locis potiſſimùm undis marinis innatare ſolet, ubi frequentius Ceti hoſpitare ſoleant. Alii crediderunt eſſe ſuccum quendam mineralem ſulphureum à calore ſolis præparatum, excoctum & liquefactum, verùm rectius erit fortè dicere eſſe animale quid, non tamen pars genituræ ſive ſeminis, ſed potiùs portio cerebri Balænarum, ita ut rectius appelletur cerebrum orci ſive Ceti, modernarum enim naturæ myſtarum curioſitas obſervavit, liquorem illum pinguem ex capitibus balænarum proficiſci, in quibus copioſus liquor oleoſus ambiat & circundet cerebrum, quod ipſum etiam eſt valde pingue, talis materia pinguis & oleoſa in mare effuſa & ibidem coagulata, poſtmodum Sperma Ceti vocatur, quod eò magis veriſimile erit, quia ex capitibus captarum balænarum, non omnium quidem ſed certæ cujusdam ſpeciei à piſcatoribus aliiſque hominibus ad negotium illud ordinatis ſolent colligi & repleri multæ amphoræ hujus ſpermatis, hinc etiam multò nobilius eſt illud, quod immediatè colligitur è craniis, quam quod innatat mari, utrumque priuſquam veniat in uſum, certo modo ſolet præparari, quos proceſſus vide aqud Ettmüllerum. Uſus ejus eſt commendatus in Colica tam inteſtinali quàm uterina & hyſterica paſſione, ſedat feliciſſimè tormina infantum. Eſt præſentaneum remedium in affectibus aſthmaticis pro reſolutione ſanguinis grumoſi. Externè quoque uſurpatur pro leniendis & ſolvendis tumoribus, præprimis mammarum cum lacte, qui mulieribus ſubinde accidunt, hinc pro ſecreto in tali

caſu habetur Emplaſtr. de Sperm. Ceti Mynſ. in affectibus aſthmaticis & difficili reſpiratione pro adulto: *Rec. Sperm. Ceti* ℈j. ʒß. *ad* ʒj. datur in juſculo & cereviſia tam calida, quàm patientes poſſunt pati, in quâ inſtar butyri liqueſcit, aliàs effectum vix ſortitur, interim tamen poteſt etiam ſubinde dari in formâ potionis pro eodem ſcopo, ſi fortè reſpuatur data methodus. ℞. *Sperm. Cet. in prædicta doſi,* diſſolve in ſ. q. *aq. hyſſop.* adde parùm *ſyrup. de hyſſop.* M. pro unâ doſi. Infantibus datur à gr. j. uſque ad ℈ß. vel per ſe vel cum *ſacch. cand.* aut *lacte materno,* interim quamvis generoſum ſit remedium, ob nauſeam tamen, quam apud infantes excitat, poteſt ſubſtitui aliud, præprimis etiam, quia cum liquoribus calidis ipſis non poteſt propinari, per quos tamen illud deducitur ad effectum. ℞. *Sperm. cet. gran. ij. vel* xj. pro ratione ætatis. D. S. Pulvis in tuſſi aſthmat. torminibus infant. conveniens. In tumore mammarum ex lacte, ℞. *Emplaſt. de ſperm. cet. Mynſ.* ℥iij. malaxetur Ol. viol. det. ſed quia eſt valde pretioſum ditioribus magis, quàm pauperculis præſcribendum eſt.

Specificum Cephalicum D. Michaelis, ſonderlich Hauptſtärckend Pulver/ (1 quintl. koſtet 20. kreutzer.) Deſcribitur ab Hofmanno in Notis ad Schröderum. Eſt arcanum contra omnes motus epilepticos & ſpaſmaticos tam cerebri quàm uteri, hinc ſolet etiam adhiberi commodiſſimè in partu difficili. Vide Sal volat. Succin. In epilepſia pro adulto: ℞. *Spec. ceph.* ℈j.

SPIRITUS DESTILLATI.

SPIRITUS. Aliud nihil ſunt, quàm Salia volatilia in fluore conſtituta, eliciuntur & præparantur utplurimùm quæ veniunt ex claſſe Vegetabilium per fermentationem, inprimis illi, qui Antiſcorbutici vulgò audiunt, cenſenturque omnium optimi, qui fiunt fermentando, quoniam mitiores multò illis ſunt, qui cum ſpiritu vini præparantur. Verùm hic opus hic labor eſt, non ſolùm ut bene acquiratur ſpiritus per fermentationem, verùm etiam ut conſervetur benè, ſal illud volatile, ne evaneſcat in auras, hinc non pauci adhuc ſunt, qui v. gr. ſpirit. cochl. præferunt factum cum ſpiritu vini. Si tamen cui animus fermentando parare, is probè obſervare debet, ne tempore deſtillationis alembicus plus juſto fiat calidior, & ne tempore infuſionis diutius quàm par erat, ſtent, quia ſalia ſe mutuò corrumpunt, & in tertium abeunt, uſque adeò ut planta infuſa loco ſpiritus laudabilis, jam ſpiret odorem acidum & corruptum. Cæterùm vegetabilia largiuntur etiam Spiritus *Acidos*, illos puta, qui ex lignis prius raſis & per alembicum deſtillatis parantur, ſic frequenter in uſu fuit Riverio talis ſpiritus lignorum Mineral. ſpirit. magis familiares ſolent eſſe, ſpiritus vitrioli, vitrioli, ſulphuris, verùm inter illos exiguam intercedere differentiam arbitror, ita ut non videatur opus tantos impendere

ſumptus

ſumptus pro præparandis his ſpiritibus, quia unus omnem paginam abſolvere poteſt. Sed ex animalibus etiam habemus ſpiritus, e. gr. Lumbricorum, Sanguin.hum. Urinarum, ſecundinarum, formicarum, &c. in quorum præparatione eò maximè eſt reſpiciendum, ut ignis regimen probè conſervemus, ne empyreumate tales ſpiritus imbuamus. NB. præferuntur illi ſpiritus, qui ex animalibus vivis provocantur, e.gr. ex formicis vivis, vel ſi hoc non commodè fieri poſſit, formicæ & lumbrici in vino infundi poſſunt, & poſt debitam digeſtionem deſtillari.

Spiritus Cochleariæ, Löffelkraut-geiſt (1. Loht 12. kr.) Talem præparationem ſubire poteſt, ſi cui non arrideat fermentatio: ℞. *Cochlear. leviuſculè inciſ. recent.* infunde in ſpiritu vini vulgari, deſtilla & cohoba, ſic acquiritur ſpiritus cochlear. præſtantiſſimus. Eſt jam ſatis commendatus in uſu antiſcorbutico, flatibus, gingivarum exulceratione, &c.

℞. *Spirit. cochl.*
Sal. ammoniaci aa. ℨß. *vel* ℨj. M. dantur 20. guttæ.

Sic in ſcorbuto oris ſequens poteſt ordinari:

℞. *Aq. plantag Naſturt. aquat. aa.* ℥iß.
Diaſcord. Spir. cochl. ℨiij. M. S. Wundwaſſer.

Spiritus Cornu Cervi, Hirſchhorngeiſt (1. Loht 12. kr.) Vide Sal volat. Cornu Cervi. Eſt remedium penetrantiſſimum & nobile alexipharmacum, exaltantur ejus vires, quando acuitur proprio ſale volatili, ut, ℞. *Spir. C.C. Sale volat. probè acuat.* ℨj. D. pro duabus doſibus in convenienti vehiculo.

Spiritus Liliorum Convallium, Mäyblumen-geiſt/ (1. Loht 12. kr.) Eſt confortativum memoriæ, ſedat convulſiones & ſpaſmos, ut:

℞. *Aq. cephal. Epilept. Lang. aa.* ℥ij.
Eſſent. ambr. ℨj.
Spir. Lil. convall. ℨij.

M. S. Waſſer Morgens und Abends ein Löffel voll.

Spir. Lumbricorum, Regenwürm-geiſt/ (1. Loht 4. kr.) Paratur communiter prævia putrefactione vel etiam ſine illa, vide Pharmaceut. Eſt ſpecificum in ſcorbuto, ut:

℞. *Spir. lumbric.* ℥ß. Dentur 30. guttæ pro unâ doſi.

Spir. NITRI, Salpetersgeiſt/ (1. Loht 6. kr.) Solet deſtillari per Retortam, adjecto bolo communi vel argilla calcinata, ubi obſervandum, quod quo plus boli additur vel argillæ, eo copioſior acquiritur ſpiritus. Uſus ejus præcipuus in febribus malignis in Julapiis. Porrò convenit egregiè in Colicâ flatulentâ, tympanite, calculo, &c. Verùm quia nimis eſt corroſivus, ſolet duplicari cum ſpiritu vini, diciturque ſpiritus Nitri dulcificatus, ſic pro expellendis flatibus & ſedandâ Colicâ: ℞. *Spir. Nitri dulcif.* ℨij. D.S. 20. ad 30. guttas.

Spiritus SALIS, Saltz Spiritus/(1.quintl.koſtet 2.kr.) Ex ſale communi prodit deſtillando, verùm ante deſtillationem ſal eſt calcinandum & decrepitandum: ut autem melius deſtilletur ſpiritus, hic addi ſolet communiter bolus aut argilla, ne fortè liqueſcat & fundatur. Eſt nobile diureticum, hinc in calculo & hydrope ſæpius commendatur, reſtaurat appetitum ventriculi, tollit putredinem, hinc in gangræna nonnulli ducunt circulum cum ſpiritu ſalis in confinio partis ſanæ, ſic enim putredo ulterius non ſerpit. Cæterùm propter ejus nimiam aciditatem non tutò intra corpus aſſumitur ob metum exulcerationis inteſtinorum, hinc Chymici parant ſpiritum Nitri dulcem, qui fit communiter ex ſpiritu vini rectificato & ſpiritu ſalis anat. portione mixtis & aliquoties bis vel ter cohobatis, ſic inde provenit Spir. admodùm ſuavis, qui egregium eſt ſtomachicum, & cruditates corrigens. Doſ. gutt. x. uſque ad xv. v. gr. ℞. *Spir. ſal. dulc.* ℥j.

Spiritus SULPHURIS, Schweffel-geiſt/(1.Loht 16.kr.) Tali modo deſtillatur: ℞. *Sulphur. q. v.* accende illud, & interjecto ſpatio applica vas amplum, quod dicitur campana, in quà vapores excipiuntur concreſcentes ſenſim in guttulas in ſubjectum vas decidentes, quæ conficiunt ſpiritum acidum ſulphuris per campanam. Convenit in febribus malignis, pro ſedanda ſiti, ubi ſimul reſiſtit putredini, hinc additur julapiis pro reſtinguenda ſiti, ut:

℞. *Aq. font. pane corr.* ℔iij.
Syr. pap. errat. ℥iij.
Spir. ſulphur. ad gratiam. M.

Spiritus Terebinthinæ, Terpentin-geiſt/(1.Loht 8.kr.) Eſt celebris in calculo & ſuppreſſione urinæ.

Spiritus VINI, Brandtenwein oder der Geiſt vom Wein/ (ein Echtmaß 12.kr.) Vide Schröderum de ejus præparatione. Solet etiam rectificari hic ſpiritus, quod ſequenti modo fieri poteſt: ℞. *Spir. vulg.* ℥xxx. *vel q. pl.* inde cucurb. vitr. longiori, deſtilla ex B. M. ad dimid. ubi primò prodibit ſpiritus vini ſubtiliſſimus, poſteà ſequetur mitior. Temperat egregiè acidum in corpore, movet urinam & ſudores. Cæterùm eſt menſtruum pro extrahendis corporibus ſulphureis & oleoſis. De deſtillatione ſpiritus vini ſimpl. hoc notetur, quod duplici modo ſoleat deſt.llari, primò ex ipſo vino fermentato, ubi non opus eſt eligere vinum generoſum, ſed ſufficere poteſt blandius, teſtante enim experientia, hæc elegantes ſpirit. vini reddunt. Secundò paratur ex fecibus vini per veſicam, in his enim reſidet Tartarus multo acido impragnatus. Circa rectificationem hoc etiam obſervandum, quod communiter alembico ſoleat applicari panis toſtus vel ſpongiæ vel orificio cucurbit. inducitur charta madida

madida ol. ut nonniſi ſpiritus ſubtilior tranſire queat. Sæpius ſolet etiam rectificari ſale Tartari & tum dicitur Spiritus vini tartariſatus, qui multis uſibus inſervit.

Spiritus VITRIOLI, Spiritus von Vitriol/ (1. Loht 8. kr.) Habet easdem virtutes, quas Spiritus Sulphuris aut Nitri.

SUCCOLATA, (1. Loht 4. kr.) Solet ſervari ſub maſſa quâdam friabili, ſubrubra, odore carente. Conficitur ex fructu arboris cujusdam, qui amygdalæ non abſimilis eſt, quod fit in Americâ & Mexicâ. Eſt ſummum confortativum ventriculi, cerebri & partium genitalium, ita ut in impotentia reliquis omnibus præferatur, hinc etiam Magnates familiariſſimè illâ utuntur, pro Venere ſtimulandâ ſumi poteſt horis matutinis cum ſaccharo vel cum lacte, vel in vino generoſo aut cereviſia calida aa. ℥ij. ad ℥ß. in Impotentia ſequens Electuarium multùm præſtabit:

℞. *Succol. Ind.* ℥iß.
Confect. alkerm. ℥j.
Ambr. gryſ. ℈j.
Ol. deſtillat. mac. Cinam. aa. gut. xj.
Eſſent. ſatyr. ℥ß.
Syr. de Cinam. q. ſ.

F. Electuarium, datur manè & veſperi magnitudine nucis moſchatæ.

SUCCI.

Succi hi tum liquidi tum inſpiſſati Vires ſuorum ſimplicium, è quibus exprimuntur, imitantur ſic *Succus Acaciæ*, adſtringit & ſanguinem nimis fluidum ad decentē conſiſtentiam adigit. Succus Apii liquidus ad ℥ij. ſæpius exhibitus in febri quartanâ expertum eſt remedium. *Succi acidi* ſunt alexipharmaci & in febribus ardentibus utiliſſimi, ſpiritibus acidis mineralibus mitiores ſunt. Succi plantarum recenter expreſſi inſignem exerunt vim medicinalem, ſic *Succi naſturtii aquat. beccabung. cochleari*, in ſcorbuto, hydrope aliiſque morbis è fixitatibus in glandulis obortis utiliſſimam præſtant opem.

Sulphur Commune, Schweffel. In duas diſpeſcitur ſubſtantias, quæ unitæ concretum quoddam tertium largiuntur, harum prima eſt pinguis & inflammabilis, altera ſalina acida, utraque ſeſe prodit ſub examine ignis, ſulphur enim dum accenditur ratione portionis pinguis inflammatur & ardet, ſed ratione ſpiritus acidi ſub vaporis formâ nares ferit & pectus coarctat, id quod etiam patet ex ſulphure artificiali parato, ſi nimirum Ol. terebinth. deſtill. miſceatur cum dimidia parte ſpiritus Vitrioli, quæ invicem deſtillat. in fundo cucurb. relinquunt ſulphur inflammabile.

Sulphur

SULPHUR AURATUM, Schweffel von Spießglaß/ (1. quint. koſtet 48. kr.) Poteſt ſubſtitui Antimon. diaphoret.

SUPPOSITORIA, geſchärffte Stulzäpfflein. (N. 1. 1. kr.) Proſtant pro adultis & pro infantibus, uti ℞. *Suppoſit. pro infant. num.* j. vel ℞. *Suppoſ. acru pro adulto num. j.* illinatur *Ol. violar. vel roſ. vel chamomill.* aſpergatur *Sal. gemm. vel Nitr. aut Nitro antimoniato.*

SYRUPI.

SYRUPI, ROB, MIVÆ, MELLA, aliaque ſaccharo parata natales ducunt ex medicinâ Galenicâ, quorum copia uſque ad noſtra tempora in immenſum fuit culta uſqueadeò, ut fermè neſciamus, quænam ex hujusmodi compoſitionibus Galenicis ſint eligendæ. Verum enim verò quis neſcit compoſitiones illas ſpecioſo ſacchari guſtu ſeſe commendantes à plurimis ſubjectis ferri non poſſe, ſuntque hypochondriaci & omnes, qui morbis tentantur ex cruditate acida productis, utpote in quibus mellita varias inordinatas fermentationes excitant. Deinde mulieribus hyſtericis dulcia illa nunquam conſultò commendantur. Porrò in febribus tam continuis, quàm intermittentibus, teſte experientiâ à modernis Medicis rejiciuntur, idcircò quoniam Chymia hodierna ad majorem perfectionis gradum evecta non ſolùm nobis largiatur medicamenta multa concinniora & conventiora, verùm etiam vix ſyrupi uſurpantur, niſi pro ſcopo edulcorandi mixturas & decocta, meritò concludimus paucos ſyrupos ſufficere poſſe, videlicet Syrupus de Succo acetoſæ, aperitivus, Syrup. rub. idæi, Cydoniorum, flor. cyan. violar. &c. quæ abundè ſatisfaciunt, quorum uſus in ſuperioribus jam dedimus.

T.

TABULÆ.

TABULÆ ac ROTULÆ, Solent eſſe delitium palati, hinc pectori magis dicata videntur in illis videlicet affectibus, qui originem ducunt ex lympha ſalſa & tuſſi ſicca, hinc quædam ſaltem ſufficere poſſunt, nempe Rob. diaireos & diatrag calid. ut ℞. *Rotul. diatrag. calid.* ℥j. aſperge *Ol. aniſ.* S. Bruſttäffelein. Eodem modo cum Oleo aniſ. præſcribi poſſunt Rotulæ diaireos. Quantum ad Tabulas & Rotulas purgantes attinet, illæ rejici videntur propter reſinam Scammon. quæ utplurimùm illas ingreditur, & inæqualiter immiſcetur, hinc ſæpius ex improviſo oriuntur inſperati affectus, ubi una potio inducit hypercatharſim, altera verò prorſus non purgat. Proſtant etiam tabulæ contra lumbricos, quæ ex ſemine Cynæ fiunt, nec non ex mercurio dulci & ſaccharo, verùm in his cautela opus eſt, cùm mercurialia ut notum eſt, gingivis ſoleant eſſe nocentiſſima & ſalivationem facilè excitent, idcircò qui ſunt diſpoſiti ad ſalivationem,

& exco-

& excoriationes in linguâ habent, vitent uſum morſulorum cum mercu-[illegible]aratorum, adeoque pro ſcopo vermes expellendi exhibea-[illegible]ur Mercurius dulcis, v. gr.

℞. *Conſerv. flor. perſic.* ℈ß.
Mercur. dulc. gran. iij. uſque ad ℈ß.

Pro ratione ætatis infantis & lactati, M. F. Bolus.

Loco Rotularum aromat. ſaccharum poteſt liquefieri & in juſtam conſiſtentiam redigi, cui aliquæ gutt. ol. deſtill. aromat. alicujus inſtillari & uſurpari poſſint.

TACAMAHACA, Tacomahac/ (1. Loht 6. kr.) Eſt corpus gummoſum, convenit egregiè in affectibus ventriculi externè in formâ emplaſtri impoſitum, v. gr.

℞. *Ladan Tacamahac. aa.* ℥ij.
Styr. calamit. ℥j.
Ambr. gran. iv.
Moſch. gran. ij. vel iij.

Ducantur piſtillo calido ſuper alutam, fiat Scutum ſtomachale. Deinde defluxiones catharrales convenienter ſedat, & arthritidi nec non ſcorbuto feliciter medetur.

TARTARUS ALBUS, weiſſer Weinſtein/ (1. Pfund 16. kreuß.) De eo in fronte hujus Tractatûs, quid ſit, ediſſeruimus, videlicet concretum quoddam ſalinum doliis vinariis circa ambitum adhærens nunc album nunc rubrum, quod principiorum ratione ex copioſo ſale acido juncto etiam copioſiori ſali urinoſo conſtat, additis nonnullis partibus terreſtribus & fixis, Virtutes vide ſuperius ſub Acido Tartari.

TARTARUS VITRIOLATUS, Vitriolirter Weinſtein/ (1. quintl. 8. kreuß.) Medicina frequentiſſima Medicis modernis. Paratur ſequenti modo: ℞. *Ol. Tart. per deliq. q. v.* huic affunde *Ol. Vitrioli*, donec efferveſcentia fuerit ſedata & apparebit in fundo coagulum quoddam album, quod calore eſt exſiccandum, ſic obtinebitur in fundo ſal candidiſſimum, quod ſal ſalſum hoc tertium inter acidum & alcali appellari poteſt. Inter digeſtiva ſibi vix invenit par, attenuat etiam, incidit, & obſtructionem laudatiſſimam tollit, ita ut ferè digeſtivum univerſale audiri poſſit, præſertim in morbis pituitoſis & à cruditate acidâ ortis: ℞. *Tartar. vitriolat.* ℈ß. Datur veſperi ante cœnam vel cubitum. Vel ſi aliquot doſes velis inde conficere:

℞. *Tartar. vitriolat.* ℥ij.
Rad. ari. ℥j.
Cort. aurant. ℥ß. M. F. Pulvis, dividatur in part. æqual.

Cæterùm eſt etiam egregius ſtimulus purgantium, quibus ſi jungatur, vel quarta eorum pars ſæpius ſufficere poterit, e. gr.

℞. *Tartar. vitriolat. gran. xij.*
Scammon. ſulphurat. gran. ij.
Troch. alhand. gran. j.
Ol. aniſ. gutt. ij.

M. F. Pulvis, in quo quamvis vix quarta vel quinta purgant. doſis adſit, nihilominus movebit 5. 6. 8. ſedes, idque ſine torminibus ventris.

TARTARUS EMETICUS, Erbrechend Weinſtein (1. Gran 1. kr.) Deſcribitur à Mynſichto, eſtque remedium tutiſſimum pro excitando vomitu. ℞. *Tartar. emet. gran. iij.* D. vel poteſt dari parum ſacchar. albiſſ. pro gratiore ſapore. Infantibus quoque dari poteſt hoc remedium, ubi opus eſt vomitu, ut e. gr. in Epilepſiâ ſuborta à corruptis humoribus in primis viis. ℞. *Tartar. emet. gran. ß. vel pro ratione ætatis gran. j. Pulv. march. gr. iij. ad vj.* M. F. Pulvis.

TEREBINTHINA, Terpentin (1. Pfund 16. kr. 1. Loht 1. kr.) Laxat alvum blandè & aſſumpta conciliat urinæ odorem inſtar violarum.

THERIACA ANDROMACHI, der beſte Theriac (1. Pfund koſtet 3. Guld. 1. Loht 8. kr.) Eſt vulgatiſſimum, ſudoriferum & alexipharmacum, hinc in morbis malignis & peſte uſitatiſſimum pro eliciendo ſudore:

℞. *Aq. flor. ſamb. ℥iij.*
Acet. vin. vel theriacal. ʒvj.
Theriac. ʒij.
Antimon. diaphor. ʒß.

M. F. Potio pro duabus doſibus, exſpectetur ſudatio larga. De Theriaca cœleſti fusè nuperrimè ſcripſit D. Dolæus, cùm illa Hannoviæ recens fuiſſet adornata & haud ita pridem D. D. Waldſchm. ubi vires nec non utendi modus ſatis ſuperque traduntur. Adhibetur vel ſub formâ Pulveris vel Pilularum à gran. j. ad gr. vj. ordinariæ doſi ad gran. iij. in formâ pulveris:

℞. *Ther. cœleſt. gran. iij.*
Ocul. cancr. ℈j. vel xxv.
M. F. Pulvis. S. Schweißpulver.

TINCTURÆ VARIÆ.

TINCTURA ANTIMONII, Tinctur von Spießglaß (1. quintl. 16. kreutz.) Prodit ex ſcoriis regul. Antimonii ſecundùm hanc methodum, ut ℞. *Scoriar. regul. antimonii calidarum adhuc & in mortario æneo pulveriſatarum ℥iv.* affunde *Spiritum Vini non rectif. ℥vij.* digera per aliquot dies ad extractionem Tinctur. Eſt celebre putrificativum ſanguinis in ſcabie præprimis & affectibus ſpleneticis, hinc etiam egregias edit vires in ſcorbuto, & ubi adſunt ulcera tibiarum manantia:

℞. *Tinctur.*

℞. *Tinctur. antimon.* ℥iij.

D. 30. 40. gutt. in cochlear. vin. vel aq. fumariæ. ℞. *Aq. Fumar.* ℥vj. D.

TINCTURA *CORALLORUM*, Corallen Tinctur / (1. quintl. 24. freuʒer) Eſt cardiacum & adſtringens.

Tinctura *JALAPPÆ*, D. Hochſtatts / Jalapen Tinctur / (1. Loht 24. fr. 1. quintl. 6. fr.) Eſt hydragogum, & extrahitur cum ſpiritu vini, doſis eſt ℈ß. ad ℈j.

Tinct. *LUNÆ*, Silber Tinctur / (1. quintl. 48. fr.) Laudatos effectus præſtat in epilepſiâ aliisque morbis ſoporoſis, nec non memoriæ debilitate, ſic in Epilepſia: ℞. *Tinct. Lunæ* ℈j. D. ad v. vel ix. gutt. pro ratione ætatis ter de die in aq. flor. tiliæ vel til. convallium. Sed oportet ut Luna menſtruo appropriato radicaliter ſit ſoluta.

Tinct. *MARTIS*, Stahl Tinctur / (1. quintl. 6. fr.) Dividuntur in *aperientes & adſtringentes*, uſitatiores tamen ſunt aperientes, pro ſcopo aperitivo acquirimus Tincturam aperitivam, ſi extinguatur Mars ignitus in menſtruis ſub acidis vegetabilibus vel aliis etiam, hinc aqua ferrariorum in qua ferrum ſolet exſtingui inutile quoddam pondus non eſt, ſed commodiſſima pro adſtrictione in dyſenteriâ & diarrhæa, pro aperitivo autem in cachexia & ictero, &c. Fiunt autem propriè dictæ *Tinctur. Martis* variis cum menſtruis, inter quæ caput extollit *Succus Pomorum Bordorff.* multùm laudis meretur in morbis ſpleneticis, & ubi opus eſt reſeratione obſtructionis viſcerum:

℞. *Tinctur. Mart. cum Succ. pom. parat.* ℈ij. D. ad 20. 30. gutt.

Tinct. *ROSARUM*, Roſen Tinctur / (1. Loht 2. fr.) Temperat ſanguinis æſtum, in febribus, reſtaurat appetitum & refocillat vires, præſertim ubi opus eſt adſtrictione, ſic in dyſenteria:

℞. *Tinct. Roſ. opt.* ℥vj.
Syr. Corall. ℥ß.

M. S. Zween Löffelvoll öffters zu nemmen.

TRAGEÆ, Treſeney / (1. Loht 4. fr.) Utplurimùm concinnantur in morbis ventriculi, quorum jam aliquot formulas ſuperius notavimus. Verùm enim verò & hæ ſuggillatione videntur dignæ. Siquidem Sylvius loco talium longè præfert Salia volatilia oleoſa vel Spir. ſalis ammoniacum aniſat. vel caryophyllat. vel cinamomiſat. qui in omni paſtu uti tragea aſſumitur, & hic tantum effectum præſtabit, quantum integra ſcatula Tragæarum.

TROCHISCI.

Horum varios ex diverſis ſubjectis præpararent Veteres, qui tamen hodie non uſuales ſunt. Trochiſci prophylactici ex alexipharmacis radicibus & terris bolaribus præcipuè formantur. Vid. Pharmaciam Baſil.

TUTIA, Tutia/ (1. Loht 8. kr.) In inflammationibus oculorum non rarò ordinatur:

℞. *Lap. calam.* ʒj.
Tut. prapar. ʒß.
D. ad Nodulum.

℞. *Aq. roſar. Flor. cyan. Euphraſ. aa.* ℥j.
[redacted]

V.

VITRIOLUM. Fit & generatur, quando Minera Martis vel Veneris corroditur à Spiritu acido ſulphuris, unde exurgit concretum quoddam dictum Vitriolum. Hinc fit, ut Vitriolum variè variare ſoleat pro ratione mineræ, cui ejusmodi Spiritus afflatur, ita ut modò fiat Vitriolum Veneris, modò Martis, hoc potiſſimum eſt viride, quale eſt Goſslaricum. Et hoc modo naturam procedere in Vitrioli generatione, ex ejus productione artificiali confirmatur, dum nempe Spiritus ſulphuris diluitur in aqua ſimplici, addita Venere vel Marte, ubi inſtituitur quaſi calcinatio mineralium horum, qua peractâ materiam hanc filtra & in loco frigido concreſcet inter cryſtallorum Vitriolum vel Martis vel Veneris. Vitriolum nativum reperitur in terrâ vel ſub Vitrioli vel ſub formâ lapidis Pyrites dicti participantis mox de Marte, mox de Venere & ſimul ſulphure, ex quo Goslarienſes ſuum potiſſimum conficiunt Vitriolum, hoc modo: Calcinantur hi lapides, calcinati liberiori aëri exponuntur, ſic enim vel ſpontè effloreſcit Vitriolum, vel per elixationem cum aqua prodit. Fundamentum autem hujus præparationis eſt illud, dum lapides hi cum ſulphure calcinati roduntur à ſpiritu ſulphuris, qui ſub ignis tortura prodit, unde poſtmodum aëris humiditas ſe ſenſim ſenſimque inſinuat & cum acido ſulphuris ſe conjungit, efficitque ut Vitriolum naſcatur.

VITRIOLUM ALBUM, weiß Vitriol/ (1. Pfund koſtet 24. kr. 1. Loht 1. kr.) VOMITIVUM, weiſſer eben außbrechender Vitriol (1. quintl. 12. kr.) Jam refertur inter vomitoria, quæ rarius præſcribuntur.

VITRUM ANTIMONII, Glaß von Spießglaß/ (1. Loht 4. kr.) De præparatione vide hinc inde Chymicos, ſi pro vomitorio eo velis uti, in præſcriptione procede ſic ℞. *Vitr. antimonii gran. iv.* infunde per noctem in ℥iv. vel ℥vj. *Vini*, manè filtrentur per chartam, D.

UNICORNU, Einhorn/ (1. quintl. 10. kr.) Non videtur eſſe Cornu animalis quadrupedis, ſed dens eſt, qui naſcitur in maxillâ ſuperiori piſcis cetacei: in morbis malignis commendatiſſimum eſto.

UNGUEN-

UNGUENTA.

Unguentum Alabastrinum, Alabaſter-ſalb/ (1. Loht 2. kr.) In morbis cerebri calidis, dolore capitis bilioſo, phrenitide, conciliat ſomnum, refrigerat & ſanguinis æſtum ſedat.

℞. *Unguent. alabaſtr. Roſat. aa. ʒj.*
Extr. Croci gran. iij.
Ol. ſtillat. aneth. gutt. v.
M. F. Unguentum. S. Haupt- und Stirn-Salb.

Unguentum Aperitivum, Eröffnende Salb/ (1. Loht 6. kr.) Datur in obſtructione lienis & hepatis:

℞. *Unguent. aperitiv. ʒvj.*

Unguent. de Arthanita, Erdſcheib-ſalb/ (1. Loht 6. kr.) Convenit in lumbricis, hydrope, alvi obſtructione, nec non menſium ſuppreſſione, quibus ſuppreſſis ſequens Unguentum dari poteſt:

℞. *Unguent. de arthan. ʒiß.*
Extr. trochiſ. alband. ℈ß.
Ol. ſabin. gutt. vij.
M. S. Sälblein/ den Nabel damit zu ſchmieren.

Unguent. Dialtheæ, Eibiſch-ſalb/ (1. Loht 2. kr.) Dolores lenit & emollit, hinc in pleuritide & morbis pectoris eſt conveniens. ℞. *Unguent. dialth. ʒj. vel ʒß.* S. Salbe zur Seite. Vel ſi compoſ. Unguentum habere velis:

℞. *Unguent. dialth. Pector. aa. ℥ß.*
Sperm. Cet. ʒj.
Ol. Chamom. coct. ʒiij.
Ceræ q. ſ. M. F. Unguentum.
S. Bruſt-ſalbe/ quod magni nominis eſt in pleuritide.

Unguent. Resumptivum, (1. Loht 6. kr.) Convenit in atrophiâ & hecticâ pro refrigeratione ſi ſpinæ dorſi inungatur, ut;

℞. *Unguent. reſumpt. ʒiij* M. pro ſpina dorſi.

Unguent. Rosatum, Roſen-ſalb/ (1. Loht 3. kr.) Refrigerat, vireſque conſervat & reſtaurat, ut:

℞. *Unguent. roſat. ʒij.*
Confect. alkerm. ℈j.
M. S. Hertz- und Puls-Salbe.

Unguentum Stomachicum, Magen-ſalb/ (1. Loht 4. kr.) Poteſt præſcribi in anorexia, cruditate acida ventriculi, & qui inde proveniunt morbis:

℞. *Ung. ſtomach. ʒij.*
D. S. Magen-Balſam.

Digitized by Google

Z.

ZEDOARIA, Zittwen/ (1. Loht 4. kr.) Inſigne eſt alexipharmacum, carminativum & roborans.

ZIBETHUM, Zibeth/ (1. Gran 4. kreutz.) Suaviſſimi eſt odoris, ſpiritus exuſcitat, confortat & anticolicum inſigne eſt. Vid. D. Eman. Konigii Regnum Animale.

ZINGIBER, Ingwer/ Imber geſtoſſen/ (1. Loht koſtet 1. Guld.) Stomachicum inſigne eſt, pituitam viſcoſam diſſolvit, etiam in pectore, & primarium corrigens eſt Agarici.

Cætera, quæ adhuc reſtant, facilè poſſunt evolvi apud Authores Pharmaceuticos, ideoque huic exercitio finem imponimus, Deoque pro conceſſa gratia laudes referimus.

FINIS Deſcr. Mater. Med. Officinar. Francofurtenſ.

APPEN-

APPENDIX

PROCESSUUM CHYMICORUM

IN

JOH. FRANC. VIGANI MEDULLAM CHEMIÆ,

In Collegio Chymico

VIRI Ampliſſimi & Acutiſſimi

DN. D. JOH. BOHNII, PROFESS. LIPS.

elaboratorum.

Proceſſus Primus.

AD VITRIOLUM ARTIFICIALE, ℞. *Limat. Martis* ℥ij. *Spirit. vitrioli* ℥xiv. M. & in ſ. q. *Aqua* affuſa communi modo cryſtalliſationi reponantur.

II. *SOLUTIO VITRIOLI* quinquies filtrata poſt unum vel alterũ diem ſemper ſedimentum metallicum ad fundum dedit.

III. Ad *FLORES HÆMATITIS*, ℞. *Lap. hæmatit. Sal. armon. aa.* ℥ij. M. D. ad Retort. vitr. ſicque aliquoties ſublimetur.

IV. Ad *FLORES MARTIS*, ℞. *Limat. Martis, Sal. armoniaci aa.* ℥ij. Fit ut in præcedenti.

V. Ad *PRIMUM ENS VENERIS*, ℞. *Colchotar. Vitrioli edulcor. & ſepties ſpir. urinoſo irrorati, Sal. armoniaci aa.* ℥j. ʒvj. In Retorta ſublimetur, Hoc Crocei coloris atque ſaporis accepimns.

VI. Ad *CROCUM MARTIS APERITIV. & VITRIOLUM ARTIFICIALE*, ℞. *Limat. Martis* ℔j. *ſulphur. crud.* ℔iß. M. & in crucibulo fundatur, calnatum conſtituit *Crocum mart.* adſtring. ſi verò *Aqua* affundatur, *Vitriolum.*

VII. Ad *AQUAM REGIAM ſecundum VIGANUM*, ℞. *Vitrioli Goslarienſ. ad flaved. calcinat. Nitri purificat. aa.* ℔j. *ſalis marin.* ℔ij. *Calc. viv.* ℔ß. M. D. ad Retort. Minus feliciores in hoc proceſſu fuimus.

VIII. Ad

Digitized by Google

VIII. Ad *AQUAM FORTEM*, ℞. *Vitrioli Goslarienſ. ad flaved. calcinat. Nitri purif. aa.* ℔j. M. D. ad Retortam figulin. ignique aperto trada. tur, in admodum exigua quantitate prodit.

IX. Ad *SPIRITUM NITRI*, ℞. *Nitri depurat.* ℔iß. *Boli* ℔vij. Contuſ. M. D. ad Retort. Extillavit in larga ſatis quantitate.

X. Ad *EUNDEM*, ℞. *Nitri depurat.* ℔ß. *Spir. Vitrioli phlegmatici* ℥iv. M. D. ad Retortam vitream: Bene hæc operatio ſucceſſit.

XI. *ITEM*, ℞. *Nitri, ſulphur. aa. part. aq.* M. D. ad Retortam tubulatam cochleatim: hoc modo nullus ſpiritus prodiit.

XII. *ITEM*, ℞. *Nitri part. j. Carbon. pulveriſat part. iv.* M. D. ad Retortam tubulatam cochleatim. Et hæc maſſa nullum ſpiritum fudit.

XIII. *ITEM*, ℞. *Calc. viva* ℔iij. *Nitri depurat.* ℔j. M. D. ad Retort. ſed non ex voto ſucceſſit.

XIV. Ad *SPIRITUM SALIS*, ℞. *Sal. marin.* duodecies depuratum cumque tertia parte Boli mixtum dedit Spiritum ſalis laudabilem.

XV. Ad *EUNDEM*, ℞. *Sal. marin.* ℥iv. *Ol. Vitrioli* ℥ij. M. D. ad Retortam vitream cum affuſa aqua accepimus *Spirit.* ℥ixß. *phlegm.* ℥viß. *Cap. mort.* ℥vj.

XVI. Ad *SPIRITUM VOLATILEM URINOSUM TERRÆ NITROSÆ*, *Rec. Terra nitroſa ſ. q.* D. ad Retortam terream & vehementiſſimo igni deſtillatur, prodit Spiritus volatilis ſapore ſalſo, qui poſtmodum cinerib. clavellatis rectificandus: Not. Sal. Cap. mort. Terr. Sali communi ſapore ſimile videtur.

XVII. Ad *OLEUM PHILOSOPHORUM*, *Rec. Lateres probè candefactos*, intingue in *ſ q. Ol. oliv*, eosque contuſos immitte in retortam terream, Color hujus Olei eſt duplex, unus ſuperior oleoſus ac citrinus, alter aquaſior ac albicans.

XVIII. Ad *PETREOLUM ARTIFICIALE*, *Rec. Salis marin. Ol. com. ſ. q.* D. ad retort. vitream & vehementiore ignis tortura deſtilletur. Hoc Oleum cum tantillo ſalis decrepit. duabus & cum cineribus clavellat. novem vicibus cohobatum fuit. Habet odorem penetrantem, ſaporem Roriſmarini & pene inſipidum ſeu aqueum.

XIX. Ad *SPIRITUM NITRI Reiteratum.* Rec. *Spir. nitri ex Sal. marin. & Ol. Vitrioli parati* ℥iij. *Sal. com. in Aqua ſolut.* ℥ß. M. D. ad retort. Ad ſolutionem ſal. marin. ſuaſimus ℥viß. phlegmatis ſupra dicti Spir. nitr. & aq. com. ℥ij. prodibant Spir. ℥xij. Ex ℥iij. prioribus acceſſere ℥ix.

XX. Ad *SPIRITUM SALIS perpetuo fumantem*, Rec. *Spir. ſalis rectificati q. ſ.* Hic affunditur *Calc. viva* tamdiu, donec omnis ebullitio ceſſet, materia hæc *Aqua diluta* filtretur, filtrata ad ſiccitatem uſque evaporetur, quo facto: *Rec. Salis hujus evaporati, fuſi & contuſi* ℥iv. *Calc. viva* ℥j. Miſc.

D. ad

D. ad retort. figulinam igni aperto exponendam. Non ſucceſſit, nec tumulus quaſi momentaneus apparuit.

XXI. Ad *SPIRITUM VIRID. ÆRIS Aceto impregnat.* Rec. *Virid. æris* ℔j. Huic affund. *Acet.* exſiccato novum reaffundendo, hæcque aliquoties continuando, exſiccetur, ac retortæ intruſum igne aperto deſtilletur, accepimus Spirit. rectif. ℥ij. Cap. mort. ℥vß.

XXII. Ad *SPIR. BACCARUM SAMBUCI per Fermentationem*, Rec. *Bacc. Sambuc. contuſar.* ac recent. vaſe amplo vitreové include, affundatur fecum cerevifiæ cum aqua calida ℔j. mixtar. ſtet in loco calido digeſtio.

XXIII. Ad *SPIRIT. COCHLEAR. per Fermentationem*, Rec. *Herb. cochlear. cum fecibus mixtam & contuſam.* D. ad Cucurb. ſatis amplam, ſicque fermentationi exponatur.

XXIV. Ad *SPIRITUM TARTARI*, Rec. *Tartar. rubeſcent.* ℔x. D. ad retortam terream, igneque Reverberii torqueatur.

XXV. Ad *SACCHARUM SATURNI*, Rec. *Minii* ℥ij. D. ad Cucurbitam, & affund. q. ſ. *Acet. deſtill.*

XXVI. Ad *SAL MIRABILE Glauberi*, Rec. *Cap. mort. Spir. Sal. & Salis marin.* ℥iv. *& Ol. vitrioli* ℥iij. facti, ſolv. & ſec. art. cryſtalliſetur: ex voto ſucceſſit.

XXVII. Ad *FLORES SULPHURIS cum Spiritu Terebinth.* Rec. *Flor. ſulphuris* ℥j. *Ol. terebinth.* ℥ij. M. in loco calido digerantur.

XXVIII. *ITEM.* Rec. *Flor. ſulph. & ciner. clavellat. aa. part. aqual.* Sulphur prius liquefiat, poſtmodum injectis ciner. clavellatis calcinetur, quo facto affundatur Ol. Terebinth.

XXIX. Ad *FLORES SULPHURIS cum Spiritu Vini tartariſat.* Rec. *Sulphuris cum ciner. clavell. calcinat.* affundatur *Spir. vini tartariſat.* & in loco calido digeratur.

XXX. Ad *LAC SULPHURIS*, Rec. *Sulphur. & Ciner. clavell. aa. affuſa Aqua in Tincturam rubicundiſſimam* coquantur, poſtmodùm materia adhuc calida filtretur, filtrato affund. *Acet. deſtill.* uſque ad perfectam ſaturationem, hoc recipit Tincturam ſatis albam inſtar lactis, præcipitatum filtretur, & pro uſu ſervetur. Si ſolutio ſive materia lactis hujus ad ſiccitatem evaporetur, exinde poſſumus elicere Tincturam ſulphuris ex affuſione ſpir. vini tartariſ.

XXXI. Ad *SPIRITUM SACCHARI SATURN.* Rec. *Sacch.* ℥xiij. deſtilletur igne aperto.

XXXII. Ad *TERRAM FOLIAT. TARTARI*, Rec. *Salis Tartari* ℔ß. affund. *Acet. deſtill.* tantum, quantum pro ſaturatione illius ſufficit. Ultimò aliquoties cum *Spiritu Vini tartariſato* cohobetur. Accepimus ℥vß.

XXXIII. Ad *SPIRITUM VINI TARTARISATUM*, Rec. *Sal. tartar.* ℥vß. affundatur *Spir. vini* ℔iv.

XXXIV. Ad *MART. SOLUBILEM Williſii*: ℞. *Limatur. Mart.* ℥iij. *Crem. tartari* ℥iv. affuſa aquâ coquatur tamdiu, donec totum concretum ſolutum fuerit.

XXXV. Ad *ALIAM PRÆPARATIONEM & quidem ipſius Williſii*, ℞. *Limat. Mart. Crem. tartari aa.* ℥iiß. contundantur & in partem cum aqua communi redigantur, ex qua globuli formati & papyro duplicato arctè incluſi in loco tepido exſiccentur, hoc aliquoties continuando.

XXXVI. Ad *SPIRITUM URINOSUM RUTÆ*, ℞. *Rutæ putrefact.* tantùm, quantùm Retorta capere poteſt, ſicque ex arenâ deſtilletur.

XXXVII. Ad *TINCTURAM TARTARI*, ℞. *Sal. Tartari fuſi & calidè triti ſ. q.* imprægnetur *Spir. Tartari*, & poſtmodùm affund. *Spir. Vini tartariſat.* ad duorum digitorum eminentiam, fiatque digeſtio.

XXXVIII. Ad EUNDEM, Rec. *Sal. Tartari fuſi & calidè triti q. v.* calenti adhuc affundatur Spirit. Vini tartariſat. ad duorum digitorum eminentiam.

XXXIX. Ad *SAL. TARTAR. VOLATILE*, ℞. *Sal. Tartari fuſi & frigefacti* ℥ij. *Ol. ejusdem fœtid.* ℥j. Probè miſceatur & aliquoties ſublimetur.

XL. ITEM, ℞. *Sal. tartari fuſi, Spir. ejusdem aa. ſ. q.* exquiſite invicem mixta ſerventur per aliquot dies in digeſtione, quo peracto toties, quoties Sal in forma volatili non aſcendit, ſublimetur.

XLI. ITEM, ℞. *Sal. tartari fuſi, Ol. Terebinthinæ aa. ſ. q.* Poſt aliquot ſeptimanarum digeſtionem miſceatur, v. gr. Rec. *Hujus ſalis* ℥viß. *Boli* ℥xixß. ſicque deſtilletur igne aperto.

XLII. Ad TARTAR. *Tartariſatum*. ℞. *Crem. tartar.* ℥iij. *Sal. tartari* ℥j. ℥iiß. vid. *D. Colleg. Chym.*

XLIII. Ad TINCTURAM CORALLORUM, ℞. *Corall. rubr.* ℔j. D. ad Retortam terream igneque violentiſſimo tractentur. Vid. *dict. Colleg. Chym.* vix ʒj. liquoris flaveſcentis prodiit.

XLIV. Ad *SAL. TARTAR. VOLATILE*, ℞. *Alum. uſt. Sal. tart. aa.* ℔ß. deſtilletur igne aperto, vid. *Dictata*.

XLV. Ad REGULUM ANTIMONII SIMPLICEM, Rec. *Antimonii crudi pulveriſat. Tartari aa.* ℔j. *Nitri depurat.* ℥iijß. & ʒij. mixta ingerantur crucibulo candenti, quæ uſque ad fluoris apparitionem in igne detineantur. Vid. Collegium Chymicum. Accepimus Regulum ℥iv. & ʒiij. ſcoriarum ℔ß.

XLVI. Ad TINCTURAM ANTIMONII VENEREAM, ℞. *Reg. Antimonii* ℥iv. *Veneris* ℥ß. *Nitri depurati* ℥viij. Vid. etiam Collegium Chymicum.

XLVII. Ad

Digitized by Google

XLVII. Ad ANTIHECT. POTERII, ℞. *Reg. antimonii* ℥vj. *Stanni* ℥iv. *Nitri depurat.* ℥xxj. Vid. dict. ſ. l.

XLVIII. Ad TINCTUR. ANTIMONII, ℞. *Antimon. crud. Sal. tartar. aa.* ℥iv. Vid. Colleg. Chym. ſ. l.

XLIX. Ad TINCTUR. ANTIMONII JOVIALEM, ℞. *Reg. antimonii ſimpl.* ℥ij. *Stanni* ℥ij. poſt fuſionem ſupererant ℥ij. his addebantur *Nitr. depurat.* ℥vß. Vid. Colleg. Chym. ſ. l.

L. Ad ANTIHECT. POTER. cum VENERE *factum*, Rec. *Reg. antimonii cum Venere facti* ℥vj. *Nitri depurat.* ℥j. Vid. Colleg. Chym.

LI. Ad SAL VOLATILE TARTAR. ℞. *Terra foliat. tartar.* ℥j. *Spirit. vini tartariſat. Spir. tartar. aa.* ℥ß. Vid. l. c.

LII. Ad SAL ESSENTIALE VINI ZWÖLFER. ℞. *Terr. foliat. tartar.* ℥ij. *Sal. volat. armoniaci* ℥ij. his affundatur *Acet. deſtillat. & Spir. vini tartariſat. ſ. q.* Vid. Colleg. Chym. ſ. l.

LIII. Ad FLOR. ANTIMONII *per ſe*, ℞. *Antimonii crud. pulveriſ.* ℔j. ſunt in ſublimatorio ſublimatio.

LIV. Ad FLORES ANTIMONII cum *Additamento*, ℞. *Antimonii crud. pulveriſat.* ℔ß. *Vitri pulveriſat.* ℔ij. in exigua quantitate eos accepimus.

LV. ITEM. ℞. *Antimon. crud. pulveriſat. Sal. armoniaci aa.* ℔ß. M. D. ad Retortam vitream; bene ſucceſſit.

LVI. Ad TINCTUR. ANTIMON. COMMUN. ℞. Ad *Scor. antimonii Spir. vini tartariſat. aa. q. ſ.* F. Digeſtio.

LVII. Ad VITRUM ANTIMONII, ℞. *Antimonii crud. pulveriſat.* ℔ij. & ℥iß. in tigillo non vitrificato ſuper igne per aliquot horas, donec cinereum colorem induat, calcinetur. Accepimus poſt fuſionem vitrum hyacinthi ferè ac pellucidi coloris.

LVIII. Ad TINCTUR. VITRI ANTIMONII, ℞. *Vitri antimonii probè pulveriſati, & aliquantùm aquâ commun. ac ſpir. vir. æris impragnat. ſ. q.* affund. deinceps *Spir. virid. æris* ad eminentiam duorum digitorum, ac ſervetur in digeſtione. Hic proceſſus eſt longè laborioſiſſimus, multumque temporis devorans, ſi Spiritus hic colore rubro tinctus decantetur in aliud vitrum, novum Spir. iterum affunde, denuò decantetur, hoc tam diu continuandum, donec omnis Tinctura ex vitro Antimonii extracta fuerit, Spirit. tinctus abſtrahatur ad mellaginis conſiſtentiam: aqua commun. aliquoties affundatur, iterum abſtrahatur, donec hæc inſipida planè prodeat.

LIX. Ad SAL VOLATILE TARTARI, Rec. *Fecum vini exſiccat. q. ſ.* D. ad Retortam, igneque Reverberii deſtillentur.

Digitized by Google

LX. Ad TINCTURAM VITRIOLI MARTIS, Rec. *Vitrioli martis puri. Terr. fol. Tartari ſicc. aa.* ℥j. tere probè in mortario, poſtmodum affund. *ſpir. Vin. rectific. ſ. q.*

LXI. Ad TINCTURAM MARTIS *Extemporaneam*, Rec. *Liq. terr. fol. Tartari, Mart. ſolaris Haſſiac. aa. part. æq.* His confuſis in momento (ſi modo liquores ritè præparati) apparet Tinctura ſatis rubicunda.

LXII. Ad AURUM FULMINANS, Rec. *Aurum depuratiſſimum foliatum* ʒj. ſolv. in *Aq. reg.* & poſtmodùm ſolutio cum *Spir. ſal. armon.* præcipitetur.

LXIII. Ad CRYSTALLOS *ſeu Vitriolum Lunæ*, Rec. *Lunæ depurat.* ℥ij. ſolv. in *ſpir. Nitri* (& quod melius ſuccedit) *in Aq. fort. precipit.* ſolutio uſque ad quartæ partis remanent. ex Retorta in arena abſtrahatur. Fiatque ſ. a. Cryſtalliſatio.

LXIV. Ad OLEUM TEREBINTH. Rec. *Terebinth.* ℔ij. D. ad Retortam, & ſub initio leniſſimo igne tractetur, donec Oleum uti vocant, æthereum aſcenderit, poſtmodum illius gradus augeri poteſt.

LXV. Ad OLEUM BACCARUM JUNIPERI, Rec. *Baccas Juniperi* ℔viij. Contuſæ D. ad Veſicam, mundentur Aqua com. adjiciatur *ſal. ciner. clavell.* ℔ß. & *ſal. com. culin. M. iij.* ſicque blandiſſimo igne per aliquot dies digerantur.

LXVI. Ad OLEUM CARYOPHYLLORUM *per Deſcenſum*, Rec. *Caryophyll. arom.* ℥ij. ſicque ſ. a. fiat deſtillatio per deſcenſum.

LXVII. Ad SPIRITUM PANIS, Rec. *Panis exſiccat. ſ. q.* deſtilletur igne aperto, poſtmodùm l. a. rectificetur.

LXVIII. Ad SPIRITUM VRINOSUM SEM. SINAPI, Rec. *Sem. Sinapi* ℔j. deſtilletur ex Retorta igne aperto, poſtmodùm rectificetur.

LXIX. Ad SAL VOLATILE FULIGINIS, Rec. *Fulig. ſplendeſc. q. ſ.* Det. ad retortam vitream & deſtilletur igne arenæ, poſtmodùm per figulinam igne aperto.

LXX. Ad SPIRITUM SALIS ARMONIACI *cum Cineribus clavellatis*, Rec. *Sal. Armon. Ciner. clavell. aa.* ℔j. contund. ſeorſim, poſtmodum miſc. probè invicem, ind. Retort. ſeu Cucurb. & ſic deſtilletur igne arenæ, aquæ quantitas augeri poteſt, alias enim ſal fixius adhæret alembico vitreo.

LXXI. Ad SPIR. SALIS ARMON. *cum Calce viva*, Rec. *Sal. armoniaci, Calc. viva aa.* ℔j. *aq. com. ſ. q.* proceditur uti in antec. prodiit ſpir. ignei quaſi ſaporis & ſummè penetrans.

LXXII. Ad SPIR. SAL. ARMON. CEPHALICUM, ℞. *Sem. Cubeb. Cardam. aa.* ℥iij. *Herb. roriſm. flor. Lavend. aa.* ʒij. *rad. ireos* ʒiij. *Cinam.* ʒvj. *ſal. armon.* ℥ij. *Calc. viv.* ℥vj. *aq.* ℥x M. vid. Coll. Chym. ſ. l.

LXXIII. Ad SPIR. SAL. ARMON. ANTISCORBUTICUM, ℞. *Lign. ſaſſafr. Raph. ruſtic. Cort. aurant. aa.* ʒiij. *ſem. aniſ. fœnic. croci aa.* ʒj. infund. cum

ſpir. vini

Digitized by Google

ſpir. vini cochleariſ. ℥vj. *ſpir. ſal. armon. cum calce viva* ℥iij. D. ad Cucurb. excepto ſpir. ſal. armon. & digerantur per 2. dies, poſtmodùm affund. ſpir. ſal. armoniaci, & ſic deſtilletur, alembico inditur Crocus & fit exinde coagulum.

LXXIV. Ad Spir. Sal. Armon. Carminativum, ℞. *Ol. Cal. arom. bacc. juniper. Cort. aurant. aa. gut. viij. fœnic. aniſ. carui. macer. aa. gutt. vj. caryophyll. gut. iv.* Hæc Olea miſcentur in mortario calido cum *ſal. tart. calefact.* ℥ß. pòſt affund. *ſpir. vini tartariſat.* ℥iij. & *ſpir. ſal. armoniaci* ℥iß. reponatur in loco parum calido, ac deinde decantetur.

LXXV. Ad Sal Hypochondriacum, ℞. *Cap. mort. ſpir. ſal. armoniaci cum ciner. clavell.* parat. elixivietur & ad Cryſtalliſationem evaporetur. Diverſarum ſalium figuras inter cryſtalliſandum exhibuit: tertiâ vice cryſtalliſatum ſal dedit cubicum candidum.

LXXVI. Ad Spir. Sal. Volat. & Oleum Succini, Rec. *Succini flaveſc.* ℔iß. D. ad Retort. igneque aperto deſtilletur.

LXXVII. Item Secundum L. Emeri, Rec. *Succini flaveſc.* ℔j. D. ad Cucurb. alembico munitam ſicque igne arenæ in fine fortiſſimo tractetur, accepimus Ol. clarè flaveſcens & tantillum ſpirit. Ex hujus remanentia mixta cum ſal. decrepit. mediante retort. vitrea elicuimus Oleum ex nigredine flaveſcens.

LXXVIII. Ad Flores Sal. Armoniaci, ℞. *Sal. Armon. ſalis decrepit. aa.* ℥iij. M. D. ad retortam vitream igne arenæ committendam (magnam ignis torturam requirit) ſed ſic vix aliquot guttæ prodiere. Ad vapores aquæ affuſionem neceſſariam eſſe ex hoc probabile fit.

LXXIX. Ad Spirit. Armoniaci Succinat. ℞. *Calc. viva* ℔j. *Sal. armoniaci* ℥iv. *ſuccin.* ℥j. M. citiſſimè & D. ad Retortam vitream.

LXXX. Ad Spir. Sal. Succini, ℞. *Liq. ab Oleo ſeparat.* D. ad Cucurb. alembico munitam, quia multum aquæ affuſum erat, ideoq; lentiſſimo igne prius tractari debet, ne ſpiritus cum aqua aſcendat.

LXXXI. Ad Tincturam Succini, ℞. *Succini* ℥j. *ſal. tartari* ℥iß. *Succinū* lento igne liquefiat, poſtmodum ſtatim *ſal. tartari* calidè tritum immittatur, probè agitetur, & ſic *ſpir. vin. tartariſat.* affund. Satis elegantem Tincturam adepti fuimus.

LXXXII. Item, ℞. *Succini & Nitr. fixat. aa. ſ. q.* affund. his aliquid *Aq. pro Nitr.* ſolutione ſufficientis & ad ſiccitatem evaporatum *ſpirit. vini tartariſat. ſ. q.* impræegnetur: Tincturam ſatis intenſi coloris inde conſpeximus.

LXXXIII. Item, ℞. *Succini* ℥j. *Flor ſal. armoniaci* ℥ij. M. & affuſo *ſpir. vini tartariſ.* in digeſt. relinquatur.

LXXXIV. Ad Extract. Opii cum Sale Tartari, ℞. *Opii aliquantùm*

vum toſti ℥ß. *Sal. tartar.* ℥j. *Spir. vini tartariſat.* ℥iij. Duo priora probè inter ſe miſc. in mortario calido aſtund. dictus Spir. vini, quod Spir. vini nolebat ſolvere, ſolvebat aq. communis.

LXXXV. Ad EXTRACT. OPII cum AQUA, ℞. *Opii* ℥ij. *Aq. plur. deſtillatæ ſ. q.* M. & repon. in digeſt.

LXXXVI. Ad MYRRHÆ SOLUTIONEM VERAM, Rec. *Myrrh. Sal. tartar. q. ſ.* invicem probè mixta in ſacculo loco humido ſuſpendatur, eique vaſculum quoddam ſupponatur.

LXXXVII. Ad ELIXIR PROPR. COMMUN. Rec. *Myrrhæ* ℥j. *Aloës Croc. or. opt. aa.* ʒvj. *ſpir. vitrioli* ℥j. *ſpir. Vini tartariſat. ſ. q.* hæc ſervari poſſunt in digeſt. donec inde vis tota extracta fuerit, hinc decantetur, proque uſu ſervetur.

LXXXVIII. Ad ELIX. PROPR. cum ALCALI, Rec. *Myrrh.* ℥iß. *Aloës Croc. or. aa.* ℥j. & ʒj. indantur vaſi cuipiam amplo v. g. urinali affund. ſ. q. *ſolut. Sal. tartari,* poſtmodùm prope fornacem lente particulæ aqueæ evocentur, huicque exſiccato add. ſ. q. *ſpir. Vini tartariſat.*

LXXXIX. Ad CIRCULATUM MINUS PARACELSI, Rec. *Flor. armoniaci* ℥ß. *Spir. Vini tartariſat.* M. & repon. in digeſt. per 24. horas, poſtmodùm tamdiu hunc abſtrahe, donec omne Sal. ſolutum fuerit. Propter accuratiorem vitri conglutinationem difficilimè aſcendebat Spir. retort. non ſub guttarum, ſed ætherea forma prodit, exhibuit odorem allii verum.

XC. Ad EXTRACT. OPII cum CALCE VIVA, ℞. *Opii* ℥j. *decoct. Calc. viv. q. ſ.* ſervetur in loco calido, donec Lixivium potiorem portionem extraxerit, quo facto evaporetur ad mellis conſiſtentiam: Poſt omnimodam extractionem remanſere *Cap. mort.* ʒj. & ℈ij. Ultimo extracto addantur *Croci or.* ʒij. *Cochinel.* ʒj. *Nuc. moſch.* ʒß. probè pulveriſata M. ſicque extract. hoc ad uſum reponatur.

XCI. Ad SPIRITUM, SAL. VOLATIL. & OL. CANTHARID. ℞. *Cantharid. ventr.* ℥ivß. D. ad Retortam vitream arenæ imponend. prodibit liquor in principio albicans, poſt Sal volatile lat. recipientis ad formam alarum veſpertilionum, in fundo v. & circa collum ad inſtar flor. Sambuc. Hiſpanici apparebat.

XCII. ITEM, Rec. *Canthar. Capit. ped. & alar.* ℥iß. Detur ad Retortam vitream. Prodibit Liquor in principio candicans, poſt Sal volatile recipienti adhæreſcens in forma ſtriarum obliquarum & id Ol. Interim hic Liquor præ illo nullo modo differebat.

XCIII. Ad TINCTURAM CANTHARIDUM, Rec. *Cantharid. ventr. q. ſ.* affud. *ſpir. Vir. æris fortiſſimus,* ſicque extrahitur Tinctura flava, Tinctura hæc magis flava apparebat quàm ſubſequens.

XCIV. ITEM,

XCIV. *ITEM*, ℞. *Cantharid. cap. ped. alarum quantum ſufficit*, affund. *Spiritus Nitri fortiſſimus*, Tinctura ejusdem ferme coloris cum ſuperiore evadebat.

XCV. Ad *TINCTURAM VIPERARUM*, ℞. *Viperarum groſſe contuſ. ſ. q.* affund. *ſpir. Vir. aris q. ſ.* repon. in digeſt.

XCVI. *ITEM*, *Rec. Viperarum groſſè contuſ. ſ. q.* affund. *Tinct. tart. Vigani ſ. q.*

XCVII. *ITEM*, *Rec. Spirit. Vini, flor. armoniaci acuat. ſ. q. Viperis groſſè* contuſis affundatur.

XCVIII. Ad *SPIRIT. SAL. VOLATIL. & OL. CORN. CERVI*, ℞. *Corn. Cerv.* ℔viij. interim Retort. figulin. recipiente ſat amplo & bene munito dotatæ, ſicque in principio leniſſimo igne tractetur, ubi prodit primò Sal volatile, poſt phlegma & Spir. ac tandem Ol.

XCIX. *ITEM*. Rectificatio horum Liquorum ſic inſtitui poteſt. Remoto nempe Sal. volatili in forma ſicca tractetur, quo facto prodit Spir. ſummè volatilis. Sal volatile, tandem Ol. & Spir.: eſt hic modus ſat laudabilis.

C. Ad *CORN. CERVI PHILOSOPH. CALCIN.* *Rec. Corn. Cerv. ſ. q.* injiciatur Aq. commun. in veſica contentæ, in alembico aliquot fruſtula ſuſpendantur, ſicque annexo recipiente aqu. deſtilletur, quo facto aqua deſtillata & in veſica remanens deſtilletur uſque ad Gelatinæ apparentiam.

CI. Ad *CORN. CERV. cum CALCE VIVA CALCINAT.* ℞. *Cornu Cervi, Calc. viva aa. ſ. q. F. S. S. S. & aqu. commun. ſ. q.* affund. Res non unâ vice ſuccedit.

CII. *RECTIFICATIO SAL. VOLAT. & SPIR. CORN. CERVI ſimul*, Commiſceantur probè *Sal volat.* & *Spir.* cum *Cap. mort.* proprio, adeo ut hoc penitus ſiccum appareat, qui facto indatur cucurb. alembic. munitæ & cujus orificium charta bibula ſimpl. obturatum, ſicque igne arenæ evocentur, tunc fieri ſolet, ut particulæ oleoſæ alembicum & chartam obſtantem non aſcendant, ſed hiſce poſtmodùm deſcendendum, adeoque tantùm Sal volatile & Spir. chartam tranſeunt. Obſervavimus tandem quaſdam oleoſas particulas chartam tranſiiſſe.

CIII. Ad *SPIRITUM URINÆ*. *Rec. Urinæ ferment. q. ſ.* D. ad cucurb. ſicque ex arena deſtilletur.

CIV. *ITEM*, Rec. *Urinæ recent.* ad mellaginis conſiſtentiam evaporatæ, q. ſ. includatur Cucurbitul. ſeu Retort. ignemque arenæ experiantur. In larga quantitate Sal volatile accepimus.

CV. Ad *TINCTURAM MYRRH*, *Rec, Myrrh. ſec. Vigan. ſoluta q. ſ.* affund. *Spir. Vini tartariſat. ſ. q.* & repon. in digeſt. Extraxit Tincturam ſat rubicundam.

CVI. Ad

CVI. Ad Butyrum Antimonii, ℞. *Antimonii pulveriſ. Mercurii ſublim. in mortario lapideo triti aa.* ℔j. probè miſc. D. ad Retort. brevioris & amplioris colli, igne arenæ gradus ſucceſſivè augeatur, ac poſtremò undique carbon. circumponatur.

CVII. Item, ℞. *Antimonii pulveriſat. Vitrioli ad albed. calcin. ſal. decrepit. aa.* ℔ß. M. accuratiſſimè. D. ad Retortam præced. ſimilem & eadem ratione ſicut in præced. factum tractetur.

CVIII. Ad Mercurium Vitæ, ℞. *Butyr. antimonii q. v.* huic affund. *Aq. comm.* quæ lacteſcit, decantetur in aliud vas, tunc particulæ antimoniales fundum petunt, Salia ab affuſa aqua ſolvuntur, hocque toties repetatur, donec Aqua non amplius ſaporem notabilem præ ſe ferat. Malè Mercur. vitæ appellatur, quia de hoc nihil participat, nam progeniei eſt antimonialis.

CIX. Ad Bezoardicum Minerale, Rec. *Butyr. antimonii q. ſ.* affund. *ſpir. Nitri* tam diu, donec ebullitio & efferveſcentia maximè fumans ceſſent, *ſpir. Nitri* abſtrahatur, iterumq; affund. ac iterum abſtrahatur, & hoc fieri enim debet tertiâ vice. Quod abſtractum dicitur *ſpir. Bezoar. Vitr.* ☉. ſolvens & nihil aliud eſt quàm aqua regia. Per horæ unius ſpatium poſtmodùm in igne detineatur, quo facto Spiritus vini ſuper illud accendatur, iterùm candefiat, & pro uſu ſervetur.

CX. Ad Regul. Antimonii Martialem, ℞. *Clavorum ſolearum equin.* ℥iiij. quibus dum candent, adduntur *Antimonii* ℥viij. aut potiùs *Antimonio liquefacto* injiciatur ferrum, quod mox ab illo devoratur ac liqueſcit. His addatur *Nitr. & Tartar. aa.* ℥j. hæc maſſa fluat per horæ quadrantem in igne, donec non amplius ſcintillet. F. Regulus. Minus ſtellatus primâ vice apparuit hic Regulus. Accepimus hujus ℥v.

CXI. Ad Regulum Antimonii Rubr. ℞. *Antimonii crud. Nitr. Sal. decrepit. aa.* ℥iij. quæ pulveriſata miſc. & per vices immittuntur crucibulo, ſemper prioris portionis fluorem expectando, hinc tegatur & ignis augeatur, ut materia in fluore per horam maneat. Accepimus Regulum ab aliis minus differentem.

CXII. Ad Hepar Antimonii ſeu Crocum Metallorum, ℞. *Antimonii crudi, Nitri aa. part. aqual.* M. & in vaſculo quopiam ferreo carbone candente accendantur. Accepimus Crocum metall. hepatici coloris. His peractis probe in mortario ille teratur, aqua comm. edulcoretur, quod remanet omne Crocus Metallorum eſt.

CXIII. Ad Sulphur. Aurat. Antimonii, ℞. *Aquam ab hepate Antimonii decant. ortam, quæ vel ſponte particulas ſulphureas Antimonii dimittit, vel cum Aceto præcipitatur,* ſi per noctem ſteterit, filtretur. Accepimus Sulphur ſat egregium.

CXIV. Ad

Digitized by Google

CXIV. Ad *TINCTURAM VENER. ſec. Auctor. Rec. Virid. æris ℥ij. Sal. armoniaci ℥j.* pulveriſata M. & ex Retort. ſublimentur, *Floribus ſublim. ſpir. vini tartariſatus* affunditur.

CXV. Ad *TINCTUR. VENER. HELVETICAM, Rec. Vitrioli Vener.* ℥j. *Sal. armoniaci* ℥vj. probe contuſa & commixta immittuntur crucibulo calefacto & ſtatim ac materia deliqueſcit, ſpatula ligneâ agitetur, uſque dum fluida plane evaſerit, & colorem ex atro viridem induerit. Quo facto removeatur ab igne, aliquandiu adhuc illam agitando, donec refrigeſcat, ubi pulveriſatæ affundatur *Spir Vini* mediocriter tantùm rectificati quantum ſufficit, & in loco calido digerantur. Accepimus Tincturam ex virid. albeſcentem.

CXVI. Ad ANTIMON. DIAPHORET. Rec. *Reguli antimonii* ℥viij. *Nitri depurat.* ℔ij. M. cochleatim materia crucibulo candenti indatur & per horam dimidiam in igne detineatur. Quo facto materia hæc cum Aqua communi ſolvitur, filtratur, & quod in filtro manet, pro uſu ſervatur: aqua filtrata, ſi iterum acet. deſtillat. præcipitetur, obtinetur Antimon. diaphoret. ſubtilius. Ex Antimon. crud. candidius adipiſcimur hoc medicamentum.

CXVII. Ad LIQUOR. COERUL. è *CAP. MORT. ſeu remanentia Tinctur. Vitrioli Veneris:* Rec. *Remanentiam Tinct. Vitrioli Ven.* ℥ij. *Calc vivæ* ℥j. *miſc.* D. ad Retortam vitream, igneque arenæ tradatur, poſt admixtionem calcis vivæ maſſa fiebat cœrulea. Liquor haud cœruleus prodibat.

CXVIII. Ad *Examinationem ponderis adaucti Calcin.* REGUL. ANTIMONII, Rec. *Reg. antimonii ſimpl.* ℥j. ʒvij. *&* ℈ij. huic accedere debet ℈j. *gr. xiv. xv.* Crucibulum ponderavit ℥ixß. *&* ʒiij. *Crucib. & Reg. antimonii* ſimul ponderarunt ℥xiß. ʒij. *&* ℈ij.

CXIX. Ad VITRUM SATURN. Rec. *Minii* ℥ß *&* ʒij. *Silic. pulveriſat.* ℥iß. M. D. ad crucibulum & fortiſſimo igne torqueatur. Prius effuſum erat viride, poſterius ex flavedine viride.

CXX. Ad MERCUR. PRÆCIPITAT. Rec. *Mercur. viv. Aq. fort. aa. q. ſ.* confund. & repon. in digeſt. Mercurius ſolutus inditur Retort. vitr. igni arenæ, hoc ſecundâ vice fieri debet. Remanet dein maſſa alba. Hæc maſſa crucibulo candenti iterum committitur, & aliquantum in igne detinetur.

CXXI. ITEM, *Rec. Mercur. viv. Ol. vitriol. aa. q ſ.* confund. ambo & in digeſt. repon. ſolutus Mercur. ex Retorta vitrea igne arenæ abſtrahitur, remanente in fundo maſſa candida, quæ aqua imbuta flaveſcit conſtituitq; Turpethum Minerale: aqua filtrata Ol. Tartar. p. d. præcipitata conſtituit Mercur. præcipit. aurei coloris.

CXXII. Ad MERCURIUM PRÆCIPITAT. ALBUM, Rec. *Solut. Mer-*

Digitized by Google

cur. cum aq. fort. fact. q. v. præcipitetur cum ſolut. ſalis communis, tunc in momento pulvis albicans fundum petit, edulcorandus.

CXXIII. Ad MERCURIUM REVIVICATUM: Rec. *Cinnabar. artificial.* ℔j. *Calc. viv.* ℔j. *Limat. martis* ℔ß. Probè miſc. cum tantillo Acet. deſtill. irrorentur, ignique aperto committantur. Accepimus Mercurii currentis ℥viij.

CXXIV. Ad MERCUR. SUBLIMAT. CORROSIVUM, Rec. *Vitrioli ad flaved. calcinat. Sal. decrepit. aa.* ℥*viij. Mercur. viv* ℥*iv. Nitr. depurat.* ℥*ij. miſc.* D. ad Retortam vitream igni arenæ, primi ſublimati ſat candicantis erant ℥v. & ʒj.

CXXV. Ad CALOMELANON *Laz. Riverii,* Rec. *Mercur. viv.* ℥*ij. Sal. decrepit.* ℥*iiij.* M. D. ad Retortam vitream igni arenæ. Primâ vice Mercurius in ſubſtantia collo retort. adhæſit, pòſt ſecundam ſublimationem cum priore ſale decrep. iterum Mercur. in ſubſtantia conſpiciebatur, quapropter in tertia novi ſal. decrep. ℥ij. priorem removendo, addidimus. In quarta iterum miſcuimus Sal. decrep. ℥ij. tertia ferè pars in forma ſublimati aſcendit. Quinta ſublimatione iterum addidimus Sal. decrepit. ℥ij. In hac ejusdem formæ cum antecedent. prodiit ſublimatum. Sexta vice iterum adjecimus Sal. decrep. ℥ij. Apparuit maximam partem ſaliſicatum. Septimo recepimus Sal. decrep. ℥ij. & cum priore miſcuimus. In hac ſublimatione tota fere ſubſtantia in forma Salis comparuit. Octavo reiteravimus ſublimationem cum ſ. q. Sal. decrep. hoc in priori erat ſaliforme. Nono & decimò ſublimavimus, & quod maximam partem in Sal redactum vidimus. Sublimatum hoc non eſt liquabile linguæ admotum, ſed admodum durum & nullius fere ſaporis.

CXXVI. Ad SUBLIMATIONEM MERCUR. SUBLIMAT. *ſecundam. Rec. Mercur. ſublim. corroſiv. primâ vice ſublimati, Vitrioli ad flaved. calcin. Sal. decrepit. aa.* ℥*v. &* ʒj. *miſc.* D. ad Retortam igni arenæ: egregium iterum adepti fuimus ſublimatum.

CXXVII. Ad CROCUM MART. *Aperitiv. Rec. Limat. mart. q. v.* affund *Spir. ſal. armoniaci cum Calc. viva parat.* tantùm, quantùm pro illius irroratione ſufficere poteſt, reponatur in cellam, vitrum charta bibula muniendo.

CXXVIII. ITEM, *Rec. Limat. mart. Sulph. aa.* ℥*iij.* Probè invicem contritis in vaſe terreo affund. Aq commun. ut inſtar pultis appareat, per bihorium ſeponatur, ubi materia incaleſcit, poſtmodum ſuper ignem per 3. horas calcinetur.

CXXIX. ITEM, *Rec. Ferrum* in igne probe candefactum magdaleone ſulphuris teratur, hinc particulæ ferri ſulphuri combinatæ decidunt in vas aqu. repletum ſuppoſitum, quæ poſtmodum contunduntur proque uſu reſervantur.

CXXX.

CXXX. Item, ℞. *Limat. mart.* ℥j. *Sulphur.* ℥iß. Invicem commixta indantur crucibulo, & per aliquot horas calcinentur.

CXXXI. Item, ℞. *Limat. mart.* candefactam extingue urinâ recenti, poſtmodùm per 24. horas igne aperto torqueatur.

CXXXII. *Ad MERCUR. SUBLIM. Sublimationem tertiam,* ℞. *Mercur. ſubl. corroſ. ſecundâ vice ſublimati* ℥ivß. *Vitrioli calcin. Sal. decrep. aa.* ℥ij. M. & ſicut antea tract. &c. Flavedinem contrahit ob ignis violentiorem torturam.

CXXXIII. Ad Flor. Sal. Armon. Martiales, ℞. *Sal. armoniaci, Limat. mart. aa.* ℥ij. M. D. ad Retortam vitream igni arenæ: ſapor ſublimati cum ſubſequente eſt idem, ſed hujus *Cap. m.* linguam ad inſtar ferri candentis afficere ſolet, linquendo ſaporem ex dulci adſtringentem, color ex nigredine flavus.

Per Sal intelligimus omnia illa corpora, quæ obtinent puncta & acumina, ſive illa ſint fluida ſive rigida; hæc ſalia omnium corporum poros penetrant, illa dividunt & vehiculi loco aquæ & alimentis inſerviunt, ut illæ ad ultimas uſque corporis partes deduci queant, nam omnia ſale orbata ſubſident & moriuntur; hæc etiam Saporem, Odorem ac Colorem omnibus corporibus comunicant, accretionem & vegetationem promovent, & quò magis corpus ſale ſaturatum eſt, eò longævius & vivacius eſt; ſic è ſerpentibus longævioribus & omnibus ejuscemodi animalibus plurima copia ſalis volatilis eruitur; minus etiam corruptioni obnoxia ſunt omnia ſale acido condita, quia particulas mobiles & volatiles ſolutionem continuò efficientes à motu prohibent. & in ſtatu quietis reſervant; Quæ verò cum ſale alcali condiuntur, citiſſimè putreſcunt, quia particulæ ramoſæ & viſcoſæ ab ipſo aperiuntur & pori laxantur, ut particulæ ſubtiliores in illo ſubjecto contentæ liberiorem exitum nactæ faciilimè fugam tentare poſſint, relicto corpore inutili: aërem etiam in poris ſuis laxis & apertis in magna copia admittunt, ejus injuriis tantò magis laceſſitæ particulæ tantò citiùs in motum citantur & fugam quâ datâ viâ tentant. NB. Quidquid efferveſcit cum acido eſt ⊖ alcali ſ. urinoſum: excipe ſalia quidem ſummè acida, ut Spiritum vitrioli, Aq. fort. Spir. nitri. Alcali omne eſt id, quod per incinerationem fit.

Alcalia

Alcalia volatilia maximè convenientia ſunt ad particulas ramoſas metallicas extrahendas & volatiliſandas : Inſuper inſerviunt acidis infringendis, metallicis & malleabilitati metallorum promovendæ : ſic argentum fit malleabile mediantibus ſcoriis alcali volatile continentibus. De aliis eorum effectibus poſteà ulterius. Invenitur plerumque maximè in copia in Animalibus præſertimque in partibus ſolidioribus viſcoſis & ramoſis, ut Cornubus, Oſſibus, Ungulis, quia ibi tanquam in proprio carcere detinentur & à motu cohibentur, in cæteris ob humiditatis copiam citiſſimè volatiliſatur & in circulum deducitur, unde ibidem non tanta ejus copia. In Sanguine itidem eſt verum ejus circulationis medium, nam obſtructiones & morbi plerumque à contrario ſale acido & auſtero particulas terreſtres è ſanguine nimis præcipitante, quæ poſteà orificia venarum & arteriarum nimis obſtruunt, oriuntur : Sanitas verò conſiſtit in debitâ mixturâ particularum ſalinarum volatil. cum ramoſis & viſcoſis ſanguinis.

Per Aquam omnia fluida & flexibilia in rerum naturâ in motu ſuo conſervantur, alimenta & nutrimenta ad externas uſque partes devehuntur & ibidem communicantur, vinculum proprium omnium volatilium particularum exiſtit, eâ mediante fiunt fluidæ, diſſolutionem etiam ac corruptionem in Corporibus nimiâ illius quantitate abundantibus efficit, quia particulæ nimis lubricæ ac fluidæ fiunt, unde omnia volatilia & ſpirituoſa facillimè in actum deducuntur, oleoſa & ſpirituoſa & quæcunque alia flexibilia & fluida ipſi ſtatum ſuum debent; quo minori quantitate in ſubjecto aliquo abundant, eò conſtantiùs & duriùs evadit ; quò verò majori quantitate corpora illam poſſident, eò molliora ac corruptibiliora, verum omnis Vegetationis inſtrumentum exiſtit, quia illâ mediante radii ☉res magis concentrantur & ſpiritus macrocoſmi in ſtatu fluiditatis retinentur & à fugâ ulteriori cohibentur. Nam ut hoc obiter notemus in Vegetatione mediante ſiccitate & calore ☉ri omnium corporum poros & ipſius terræ magis diſtendi & aperiri, unde omnia effluvia & halitus ſpirituoſi ac viſcoſi è terra progredientes facillimè in aërem reſolvuntur ob meatus terræ nimis apertos & motum continuum in ſuperiore terræ ſuperficie exiſtentem ; in aëre verò radii ☉res ramoſi quia aliàs ab aqua abſorbebantur & retinebantur, jam nullo impedimento liberè volitantes circumcirca per aërem nullo modo conſtringuntur vel retinentur, unde non ſolùm non generationem promovent, verùm illam impediunt poros corporum valde dilatando & laxando unde temporis tractu proprium ſpiritum ubi contentum mediante motu continuato volatiliſat & extrahit, unde corpora flaccida & emortua poſt ſe relinquunt. Si verò contrà tempeſtas fuerit nimis humida & pluvioſa primò radii ☉res non in tanta copiâ emittuntur, ut ſufficere poſſint incremento & alimento plantarum

& omnium

Digitized by Google

& omnium Vegetabilium : dein ob copiam terræ nimis fluida corpora evadunt, unde facillimè Spiritus inibi contenti, tumultuari incipiunt, & motum inteſtinum concipere, unde poſteà corruptio procedit, cùm nempe particulæ volatiles omnes motu iſto inteſtino viam ſibi patefecerunt & carcerem apertum ſibi fecerunt, ut quâ datâ viâ ruere poſſint, relinquendo poſt ſe particulas terreſtres omni motu & activitate deſtitutas.

Per Terram omnia corpora non ſolùm firma ac ſolida, ſed etiam particulas craſſas ramoſas intelligimus, quales in oleis & ſulphure à Chymicis dicto plurimæ inſunt; hæ particulæ ramoſæ ac terreſtres manifeſtantur per flammam. Quare autem Olea, ſi omnes particulæ ramoſæ, ut ut deſtillentur vaſe clauſo, ſtatum proprium fluiditatis retineant, vel ſi vaſibus apertis mediante flammâ fiat ſeparatio, particulæ ſecretæ & exceptæ ſtatum fluiditatis amittant, ratio hæc eſt : Omnia corpora in motu conſtituta poros valde laxos acquirunt ac apertos, particulæque omnes inſtar atomorum rareſiunt & extenduntur, motu hoc particulæ volatiles neceſſariò præcedent particulas fixiores, quia verò tam firmo nexu & quaſi vinculis ab illis ramoſis terreſtribus circumvolvuntur ac retinentur, ideò ſi in vaſis clauſis fit evaporatio vel ſi motus non nimis vehemens ſit, priſtinum neceſſariò ſtatum recuperat, relictis ſolummodò partibus craſſioribus & ponderoſioribus: ſi verò motus fiat vehementiſſimus, ita ut non ſolùm particulæ rareſiant, verùm illâ agitatione maximâ pori ita laxentur, volatiles ſpirituoſæ ſalinæ particulæ ſeorſim jam inter particulas terreſtres natantes (quæ in altum deductæ fuere motu illo) viam apertam ſibi adipiſcuntur in aëre libero, qui tanquam receptaculum illis inſervit, derelinquentes poſteà particulas terreſtres in altum elatas, utpote minus craſſas & ad motum inutiles, unde fumus fit, accidit etiam ſæpius, ut fumus ille non deſtitutus ſit omnibus particulis ſalinis volatilibus, nam etiam aliquâ (in minimâ licet) quantitate irretitur à terreſtribus particulis in altum elatis, hicque fumus ſi deſtillationi committatur, particulas denuò ramoſas inflammabiles præbet cum quantitate aliqua ſalis & ſpiritûs volatilis. Pondus & craſſitiem omnibus corporibus communicat & ſtatum firmum ac ſolidum ut & longævitatem : Inſipida verò per ſe eſt & nullo motu prædita, niſi ab aliis particulis volatilioribus adjuvetur, quibus auxiliantibus ſæpius in ſtatum fluiditatis ac volatilitatis reducitur.

Hæc de Generali actione illarum particularum & Claſſium diviſione.

In Specialibus III. rurſus dantur claſſes, *Generatio*, *Alteratio* & *Corruptio*.

I. *Generatio* eſt productio unius ex alio. In hac obſervanda vel Cauſa efficiens, quæ in terræ interiori regione procedit, accedente & juvante aëre; 2. Effecta quæ circa ſuperiorem ∇ræ faciem conſpiciuntur.

In Terræ regione interiore primò occurrunt Lapides, Metalla, Mineralia item Cruſtacea ac Teſtacea.

DE LAPIDIBUS.

Lapides fiunt è particulis terreſtribus cum ſpiritu ſalino auſtero fixatis ac ſimul conglomeratis; Praxis hæc eſt: Materia ſubtilis in terræ regione contenta occurrens particulis terreſtribus arenoſis, quæ inſtar lapillorum & globulorum ſunt, illos primò diſſolvit & ſtatum aliquem fluiditatis ipſis communicat, unde particulæ ſuperficietenus ſibi invicem adhærere incipiunt, & ſenſim ac ſenſim conglomerari, & quia illâ fuſione ſive emollitione particulæ magis viſcoſæ fiunt, & quaſi ſibi invicem agglutinantur, hæ particulæ poſteà in ſtatum quietis redactæ Lapides conſtituunt.

[Not. Arena microſcopio indicat eſſe congeriem minutorū lapidum eodem colore quo apparet: ſi pellucida ſit, Vitrū conſtituit colliquata, eſt enim id lapis quidem major, pellucidus ad eum modū quo naturam videmus non tantùm cryſtallos ſed lapidem ſpecularem ſeu glaciem mariæ producere. Quia verò Sues arenæ eorum pabulo intermixtione (dum ſic particulæ pabuli per arenam diſlocatæ ſpiritibus uberiorem exitum concedunt, eóq; communionem corporis animali præbent) magis pingueſcunt ac Mella. Cera cum arena deſtillantur ad meliorem ſpirituum exitum, putat *Beckmannus* Lapides eo fine eſſe conditos, ut univerſæ terræ partes diſlocent, eóq; ſpiritibus generationi rerum deſtinatis liberiorem exitum præbeant.]

Differentia Lapidum ignobiliorum duplex eſt, dum ſunt vel leviores & poros habent magis apertos, vel ponderoſiores poris conſtantes ad mineralia accedentibus. Origo hujus eſt à diverſis motibus ipſis particulis terreſtribus accedentibus & à puritate arenæ, ſic per artem fieri poteſt Vitrum ex arenis & ſalibus [Not. Ad Vitrum conficiendum oportet habere ſalia, quò unà cum terrâ pori poſſint prægigni recti, ut contrà fit cum cineribus, oſſium, calce C. C. &c. è quibus ob defectum ſalium nulla poſſint fieri vitra ſed ſolummodò urnæ] pungentibus & acutis, ubi ſcilicet motu vehementiſſimo fluiditatem particulæ hæ acquirunt, quâ particulæ arenaceæ viſcoſæ fiunt & ſibi invicem annectuntur & incumbunt: ſic ex argilla & arena fiunt lapides ponderoſiores, ſi mediante motu vehementiſſimo urgeantur, adeò ut molles fiant & ſibi invicem incumbere poſſint, ut apparet in furnis lapidiferis, ubi lapides ad ignem proximè accedentes ſibi invicem in magnis glebis incumbunt & quaſi vitrificantur. Leviores verò fiunt, ubi motus non tam vehemens & particulæ non tam acutæ & pungentes ſunt, ut particulas illas planè molles efficere poſſint, ſed leviter tantùm illas circumvolvens ſibi invicem illas annectit & in extremitate cohærere facit, ut apparet in iiſdem furnis in lapidibus medio furni poſitis, qui maximè fragiles, leves & poroſi ſunt: Sic in diverſis terræ regionibus ſuperioribus

Digitized by Google

rioribus ubi flamma ſulphuris erumpit ſæpiùs maximi lapides & ponderoſiſſimi in altum ejiciuntur cocti & vitrificati mediante vehementiſſimo calore: quo etiam corpora magis ad ſtatum fluiditatis reduci queant, eò citiùs à motu etiam vel minimo cohærent, ut apparet in gummatibus oleoſis & viſcoſis: Hinc Marmor, Porphyrites & reliqui ejusmodi lapides maximè duri ſunt & ponderoſi: Alabaſtrum verò quod multùm terræ cretaceæ obtinet, quæ valde fluiditati ac flexibilitati reſiſtit, ſummè leve eſt & facilè cultro paret.

Lapides autem pretioſi dicti è ſpiritu acidiori particulas arenæ puriſſimas disjungente & imminuente, adeò ut poros rectos & ſuperficiem maximè planam acquirant, oriuntur. Spiritus verò acidus ille auſterus eſt, ut particulas tantò magis conſtringere & ſibi invicem agglutinare poſſit, unde tantò arctior illarum particularum unio & perconſequens major durities prodit. De diverſis eorum Coloribus poſtea & in *Regn. Minerali.* Quò verò magis puram matricem obtinent illi halitus auſteri lapidifici, eò etiam majorem puritatis gradum poſſident: ſi verò aër ſeu cœlum triſte ſit, nec ſatis excoctum & depuratum radiis ☉bus & matrix ſuſcipiens terreſtribus inquinamentis referta ſit, neceſſariò hi evadunt ignobiliores, ideoque circa lineam æquinoctialem puriores & duriores evadunt, quia motu vehementiori ibidem particulæ ad ſe invicem adiguntur & magis excoquuntur, matricem puriorem obtinent, quàm circa Septentrionalem regionem tanquam in locis longiſſimè à ſe diſſitis. [*Kircherus Mund. ſubr. Tom. II.* Alphabetum latinum ex lapidibus diſpeſcit: mirus autem eſt Achates in Bibliotheca Francofurtenſi, qui cor & pulmones cum venarum aliquo ductu egregiè repræſentat; item patina achatina Viennenſis in Muſæo Imper. ubi verba hæc ſunt, ☧. XRISTO R. I. XXX. quæ dicitur è Theſauro Caroli Audacis Duc. Burgund. ut Philoſ. adepti deſcendiſſe.]

DE METALLIS & MINERALIBUS.

Metalla ac Mineralia à particulis diverſis oriuntur, nempe ramoſis viſcoſis & ſubtiliſſimis acidis, quæ particulæ ſimul cum terreſtribus junctæ corpus unum conſtituunt, quod prout magis participat de ramoſis & viſcoſis particulis, eò plus obtinet differentiæ; & quò ramoſæ ac viſcoſæ particulæ magis excoctæ ſunt, adeò ut ſibi invicem agglutinentur & incumbant, eò perfectius evadit metallum vel minerale: Ramoſæ verò ſemper præſtantiores ſunt viſcoſis, quia particulas ſubtiliores & minus terreſtres & craſſas obtinent: excoquuntur & maturantur illa Mineralia & metalla ſecundùm puritatem matricis ſuſcipientis, unde ſæpius evenit, ut in uno eodemque loco diverſa & mineralia & metalla reperiantur ab eodem principio ortum ducentia verùm pro matrice ſuſcipiente variantia.

Digitized by Google

Mineralia autem à Metallis non aliter differunt, quàm quòd illorũ partes integrantes magis curtæ ſint & minùs ramoſæ, & quòd eorum partes eſſentiales, quibus componuntur, non ita exactè ſibi invicem ſint unitæ.

☉ AURUM.

Aurum metallorum Rex conſtat particulis ramoſis optimè excoctis & digeſtis & ſpiritu ſubdulci penetrante perfectiſſimo, quæ duo cum pauciſſimâ terrâ interſtite conjunguntur; poros obtinet valdè anguſtos ac particulas ſibi invicem valde incumbentes, unde etiam in ſubtiliſſimas lamellas deduci poteſt: Reſpuit & inimicum eſt valde omnibus acidis, unde ferro valde adverſatur, quia hoc acidis ſalinis ſcindentibus particulis refertum eſt: Idem judicium eſto de ſulphure relato cum ☉e.

[Aurum ponderoſius redditur, v. g. nummus ☉us, ſi ſalſuginoſis ſpiritibus inſtructis, v. g. urinæ equin. vel caninæ quæ ſpirituoſiſſima & ad ſpirit. armon. quam proximè accedit, immergatur.]

Quod poros auri ut & argenti attinet, notat Gallois dans les Converſations Academiques tirées de l'Academie de Mr. l'Abbé Bourdelot Part. I. Converſ. IV. p. 18 eos ita ſituatos eſſe, ut facilè ex uno in alterum detur acceſſus, & quod aër facilè uno in loco ingreſſus, ex altero latere poſſit egredi, ſicq; minimè ita includi, ut in Ferro & chalybe, ce qui provient, dit il, apparement de la diſpoſition de leurs pores, qui ayant communication les unes avec les autres par l'irregularité de la ſituation de leurs parties, cela eſt cauſe que l'air y eſt plus aiſement comprimé & conſervé dans la compreſſion. Idem Part. I. p. 139. refert, ſe noſſe Chymicum, qui avoit une petite branche d'or, qu'il a fait vegeter, & qu'il conſerve dans la figure d'un petit arbriſſeau. Idem ait: Un Chymiſte de ma cognoiſſance ayant laiſſé tomber une liqueur ſur le carreau elle vegeta auſſitoſt, & ſe forma en petites branches.

In Tincturam arte redigitur latiſſimè ſe extendentem, quia compage particularum ramoſarum in omnibus corporibus diſſolutâ latiſſimè ſe ſe ſpiritus diffundit, ratio eſt ob partium diſtenſibilitatem inſtar retis quod & complicari & explicari poteſt. Medicinam autem egregiam exhibet, quia non ut alia metalla noxiis particulis refertum & volatilibus auſteris ſeu immaturis præditũ eſt, ſed ſpiritu benigno dulci Archæo noſtro convenienti. Illam autem Lapidis Phil. præparationem *Cramer. Colleg. Chym. p.* 48 non niſi ex fermenti regulis procedere docet, ubi cum metallis ☉le & ☽â ad eorum ſpiritum ſeminalem ſpecificum inſitum excitandum & augendum ſpiritus homogeneus metallicus volatilis congredi ibidemque in unâ copulâ fixari debet; hinc Corpus redditur ſpirituoſum & ſpiritus corporeus. Neque aſtralis ſeminaliſvé auri virtus niſi per hoc artificioſæ fermentationis cum ſpiritu metallico beneficium recludi, nec iſte ſpiritus concludi, niſi per

eandem

Digitized by Google

eandem operam poteſt. Volatiliſatio enim & fixatio toties laudatæ, ejusdem fermentationis effectus ſunt. Dum verò dicitur, Corpus debet fieri ſpiritus & hic corpus, non intelligendum, quòd ſpiritus ſuapte in corpus, & corpus ſuâ ſponte in ſpiritum convertantur, ſed conjungi ambo neceſſum eſt, ut ſpiritus velut aqua corpus ſeu terram ſolvat, hoc eſt reſuſcitet, & viciſſim corpus ſpiritum velut aquam attrahat ſeque tam diu uniant, donec una maſſa fiant, hoc eſt, terra ab aquâ emollitur, & aqua à terræ ſiccitate induratur, velut pueri ex luto arido cum aquâ amalgama faciunt; hinc Luſus puerorum dicitur. Aqua ergò corpori affundenda cumque eo digerenda, ut corpus ſolvatur & iterùm detrahenda ut corpus coaguletur, atque hoc modo corpus benè teritur & per lotionem purificatur, id quod ſæpiùs fieri oportet, atque quidem tam diu affundendo & detrahendo, donec omne ſuum ſal vel potentia atque efficacia à corpore extracta ſit, cujus ſignum eſt ſi aqua alba & craſſa & in frigiditate coagulata, inſtar glaciei dura fiat, in caliditate verò inſtar butyri liqueſcat & nil amplius in corpore ſolvat, tum remanens corpus removendum; ſuperflua enim pars materiæ eſt, ait *Gloria Mund. p. 302.* Inde Philoſophi dicunt, ne labor iſte alicui crearet moleſtiam, eſt enim labor longus & tædioſus non niſi longâ cum ſpe, inſtar Agricolarum, expectandus. *Dickinſon Angl. Med. Reg. in Epiſt. ad Mundan. p. 67.* Auri reſolutionis neceſſitatem ita ſiſtit: ☉ naturam habet tam denſam & compagē tam firmam & quæ malleo philoſophico tam difficulter cedit, ut ægrius attenuari debiteq. reſolvi poſſit, imò ipſa tinctura quam habet, adeò exilis eſt & parca, ut aliis egenis metallis impertire ſine detrimento ſuo eam nequeat, nam licet ☉ purâ fulgeat eſſentiâ & propter calorem ſuum (qui cum corpore mirabiliter extendi poteſt) etiam ſulphur vocatur, non tamen à natura plus tincturæ habet quàm ipſi opus. Unde ut intimè recludatur, ut in materiam primam reducatur (juxta *Ariſt. L. IV. Metaph.*) id eſt, Mercurium, opus eſt, per quem tamen non vulgaris ſed aqua quædam ignea & viſcoſa, quæ in viſceribus ſuis geſtat Lunam Solemque Philoſ. albam ſcil & rubram tincturam (in omnibus etiam rebus reperiundam) intelligenda, cujus ope in primigenii mercurii cruditatem motu retrorſum facto ☉ & ☽ redire poſſunt, in quâ ſcilicet aquâ mercuriali ſic liquantur, ſolvuntur & tabeſcunt, ut novas inde conſequantur vires & quaſi vitam, ob quam vegetantur & augeſcunt, adeo ut ☉ & ☽ ſic ſoluta decies millies plus tincturæ metallis imperfectis & egenis elargiri valeant, quam quòd ipſa prius habuerint. Una autem eademq; eſt ſulphuris & mercurii natura, quando enim mercurius pleniori coctione coloratior & calidior eſt redditus, dicitur 🜍, nam quod coloratum eſt & rubrum id manifeſtè eſt ſulphur & occultè mercurius; ut quod album eſt, id vice verſâ palam mercurii, clam verò ſulphuris naturam habet. Hinc unicâ re opus & in uno

Digitized by Google

operantur Philoſophi. Ignea autem prædicta aqua, (etiam Balneum Mariæ, Ignis Lampadis, fimus equinus, calx viva, &c. dicta) meritò ita dicitur, quia & radios mittit & rivos, hos ut irriget & ſolvat, iſtos ut urat & calcinet, tali enim liquore terram ſuam in calcem niveam redigunt & funditus metalla ſolvunt. Hinc & Aqua vitæ dicitur, ☿ius vitæ, Aqua Vitrioli, Aqua Saturni, Menſtruum Vegetabile, & Acetum acerrimum, item Vinum & Spir. Vini, quale Vinum fuit, quo Cleopatra perlas ſolvit, & in una cœna 250000. aureorum abſumpſit. Talis Mercurius Philoſ. penitus & radicitus Aurum vel Argentum ſolvit & cum illis tam intimè unitur, ut fiat unicum individuum & in perpetuum inſeparabilis, unde dicitur Aqua permanens. Proceſſus ejus juxta *Theod. Mund. in Reſponſ. ad Dickinſon.* talis eſt: ℞. *Aur. opt vel Calc. Auri p.* j *Vini philoſoph. p.* ij. In idoneum vas ponito & ardentem aquam ab eo deſtilla, quo rectificari debet, donec totum comburendo evaneſcat, & quamlibet particulam lini aut goſſipii in eâ tinctam inflammet. Interea cum Vino procedas phlegmaticam ab eo partem deſtillans moderato calore in balneo, tum capiens reſiduam materiam funde ſuper tantam ardentis aquæ rectificatæ quantitatem, quæ tres aut 4. pollices ſuper eam aſſurgat & materiam potenter concute, ut illa benè uniatur. Tunc Spiritum in balneo calore lento deſtilla, materiam humidam in fundo ſimilem limo relinquens; iſtam humidam materiam in putrefaciente calore ſex dies ponito, poſthac Spiritum remanentem in cineribus deſtilla. Deinde recentem ſpiritum materiæ in fundo addas, & denique pone in calore putrefaciente 6. dies ut antea; poſtea ſpiritum animatum in balneo deſtilla & priorem curſum repete, donec ſpiritus animam à corpore extraxerit, quod factum eſſe judices, ſi terram aridam & ſiccam invenias. Sume hanc terram (poſtquam eam ponderaſti) & in vas vitreum pone digeſtioni & circulationi commodum, & addas illi octavam ſpiritûs animati partem, & tunc circula, donec totum ſpiritum à terrâ videas exhauſtum, dein aperi vas circulatorium & impone alembicum & extrahe parvam humoris quantitatem, qui ab eo procedet & communis aquæ ſaporem poſſidet: tunc infunde ſeptimam partem animati ſpiritûs iterumque cœcum caput impone & digere, ut antea, donec totum ſpiritum exhauſtum cernas, deinde fac ut antea, & infunde ſextam partem, & tunc fac ut prius, dein quintam, poſteà quartam, eandem methodum obſervans, donec terrena materia per animati ſpiritûs imbibitiones fiat candida; tunc materiam hanc albam aut terram ſume, & in idoneum vas ponito, & quod à fœcibus exurget ſublima. Hoc ſublimatum eſt ſulphur album naturæ, noſtrum ſal armoniacū, noſtra Diana, quam ſi ſpectares in ſuo balneo ſume illam, trutinaque & cuilibet ſui corporis libræ ſume tres rectificati ſpiritus libras ſive balnei aquæ, eamque in iis pone, ut in balneo vaporis, per

24. horas

24. horas madefiat, tunc humiditatem in cineribus deſtilla per calorem ſolari calori ſimilem, & ſublimatum remanens ponderes & addas illi tres partes rectificati ſpiritûs, ut antea eaque putrifices 24. horas in balneo vaporis ut antea, cuncta quater repetens, ut prius; quo temporis ſpatio totum ſublimatum cum ſpiritu unitum deſtillabitur. Tunc ſume ſpiritum hunc ſale ammoniaco ſic acuatum, & pone in calore ſtercoris equini aut balnei vaporoſi ad circulandum, ad minimum 8. vel 9 hebdomadas: tunc ſi percipias in vitri fundo ſedimentum ſimile ſani hominis urinario ſedimento & liquorem cuilibet cryſtallo puritate parem diligenter decanta. Hæc eſt Aqua vitæ, Dianæ vel Mercurii aqua, per quam radiculis fit auri ſolutio, quam *Mundanus* ſic fieri jubet: ℞. *Bonam Auri more Lulliano præparati calcem*, & diſſolve in hac *Aquâ vitæ*; tunc aliquantiſper ea digere, ac poſteà *Aquam vitæ* ab ea deſtilla, & repetitis Spiritûs affuſionibus & digeſtionibus & deſtillationibus aurum omne cum ſpiritu aſcendere facias, quod eſt verum Aurum potabile magna metallorum hominumque medicina, quûque altius medicamentum fieri poſſit, Aurum ſolutum in verum Oleum reducendũ, hoc efficias detrahendo diſſolvens, donec ad Olei conſiſtentiam perveniat, quod auro puro multò eſt pretioſius, nimirum eſt verus Lapis Philoſophicus, qui etiã, ut res antiquiſſima docetur, in Tabulâ Smaragdinâ Hermetis ſeu Mercurii Triſmegiſti, quem *Huetius Sueſſon. Epiſc. in Præpar. Evang. Propoſ. IV.* judicat eſſe Moſchum vel Mochum apud Hiſtoricos profanos ſeu Moſen ſacrorum Bibliorum & omne quod de Hermete dictum eſt, ut & Apolline, Æſculapio, &c. eſſe intelligendum de hoc Patriarchâ & Iſraëlitarum ſalvatore; & quot non curas præſtitit in Ægypto & deſerto etiam remediis naturalibus, nonne à ligno indulcata eſt aqua? S. Chryſoſtomus eum ut Medicum habilem conſiderat, quem ſequitur *Meſue*, qui eum pro taumaturgo habuit. Vid. *Joh. de May in Pentateuch. p. 95.* In illâ vero tabulâ dicitur: Quod ſuperius eſt ſicut id, quod inferius; eo materia lapidis noſtri ſignificatur, quæ res eſt ab initio operis & quòd res una dividatur in duas partes, utpote in *Terram & Aquam*; tunc inſurgens illa aqua fugax, & terra, quæ in fundo hæret, fixata eſt; ſin verò iterum conjuncta fuerit, tum *Corpus fit Spiritus & Spiritus fit corpus*, utpote terra fit fugax, commutatur enim in aquam & aqua transmutatur in corpus, fit fixata, nimirum id quod ſurſum aſcendit cum eo, quod deorſum deſcendit, conjungitur, unitur, & unum corpus fiunt. *Vis ejus integra eſt, ſi in terram transmutetur*, i. e. dum ſpiritus in corpus transmutatur, tum vim potentiamque ſuam habet, donec ſcilicet tandem ſpiritus ut fermentum totum corpus in ſuam ſubſtantiam transmutarit, & ita indeſinenter fermentandus eſt, donec tota maſſa in unum fermentum redeat; Dum verò idem *Hermes* dicit; Separa terram ab aquâ, ſubtile à duro idque leniter & magna cum arte & tunc

Digitized by Google

tunc Lapis à terrâ in cœlum adſcendit (*Baſilius* ait, terræ alas magnas formandas eſſe, hinc comburendas) ac iterum de cœlo in terram deſcendit & vim ſic è ſuperis & inferis accipit, quo facto habetur gloria totius mundi, &c. eo ipſo innuit ſi vid. quis laborem inchoare velit tunc humidum à ſicco ſeparandum eſſe, veluti aquam à terra; ignis enim de aqua aſcendit ſurſum & corpus replet, ſi illi conferatur; & hoc ignem à terra ſeparare eſt tanquam ſubtile à duro, aqua ſubtile & terra velut corpus durum robuſtumq; eſt: Id verò magnâ arte leniterque faciendum, hoc eſt, in Philoſophorum fimo vel balneo, i.e. tardè inque temperato aliquo Phil. calore neque celeriter, non nimis calidè neque etiam nimium frigidè, & tunc Lapis ſurſum in cœlum adſcendit vid. in alembicum, & ex eo iterum de cœlo in terram h. e. corpus à ſe invicem ſeparatur (per evaporationem) & rurſus conjungitur corpusque, & ſpiritus fiunt una res, id quod fit leni aliquâ coctione, aſſiduo in calore, non calidius quàm gallina ovis ſuis incubat & pullos ſuos excludit, quo facto gloriam claritatemq; totius mundi habebimus. Et hic labor minor mundus dicitur, dum materiæ hujus præparatio in vaſe (Phil.) eſt, quod pro toto mundo æſtumatur, Intelliges quoq; quomodo mundus ab initio creatus ſit, id quod in hocce labore intelligere & diſcere poteris; adhæc omnes morbos & metalla humanumque corpus propellere potis es, nec ampliorem egeſtatem pati audebis, omnesque bonas complexiones hujus artis ope per divinam gratiam, omni in intelligentia & ſapientiâ, habebis & agnoſces; materiam namq; Mercurii in Aurum vel Argentum commutat, omniaque dura firmaque corpora penetrat, ut ſunt Lapides pretioſi & metalla. Et quid obſecro nobilius à Deo tibi exoptares, quam hoc donum, pro quo etiam totius mundi opes non rogare deberes; quocirca *Hermes* benè de ſe affirmare & gloriari poteſt, Vocatus ſum *Hermes* Triſmegiſtus, habens tres partes totius mundi ſapientiæ. V. *Glor. Mund.* Nim. Vi benedictionis primævæ quodlibet juxta ſpeciē ſuam ſemen fructumque ſuum proferre debuit, ſolo homine Adamo excepto, qui (id verò noſtra eſt materia) de ſe ſolo nullum omnino fructum generare poterat, & ſi natura curſum ſuum etiam in illo abſolvere debuiſſet, tunc iterum ab illo ſeparari eidemque rurſus addi oportuit, ſcilicet Eva illius, quod nil aliud denotat quàm ſi materia noſtra adhuc craſſa eſt & integra, tunc tam diu nullum proferre fructum poteſt, donec illa dividatur, & craſſum à ſubtili vel aqua à terra ſeparetur: Aqua verò pro Evâ vel Spiritu & Terra pro Adamo aut corpore æſtumatur. Et velut mas in partu tam diu eſt mortuus, donec cum fœminâ concumbat, tam diu quoque terra eſt mortua, donec ſi vitam conſequi velit, aqua illi addatur, ceu de quâ terra vel corpus vitam ſuam rurſus adipiſcitur; Eſtque idem, quod *Hermes* dixit, mortuum ſcilicet rurſus vivificari & infirmum ſanum fieri oportere.

Neceſſum

Digitized by Google

Neceſſum eſt ergo, ut corpus & animam conjungas, & ita inferius ſurſum convertitur, h. e. corpus fit ſpiritus, & ſpiritus fit corpus; id quod ut dictum, non intelligendum, quod ſpiritus ſuapte in corpus & viciſſim vertatur, ſed conjungi ambo neceſſum eſt, ut Spiritus velut aqua corpus, ut terram, ſolvat, id eſt, reſuſcitet, & viciſſim corpus ſpiritum, tanquam aquam attrahat, ſe ſeque tam diu uniant, donec una maſſa fiat, hoc eſt, Terra ab aqua emollitur, & aqua à terræ ſiccitate induratur, veluti pueruli in plateis ludentes lutum cum aqua conſpergunt, & pultem vel amalgama conficiunt, ceu & inde labor hic Luſus puerorum dicitur, in quo mors unius eſt vita alterius, vel induratio unius emollit alterum, nihilque eſt aliud quàm corpus & ſpiritus, quæ duo unius ejusdemque naturæ & unâ de matre ſunt; unde exclamat *Hermes*: O naturam fortem vincentem tranſcendentem & naturam exhilarantem, Aqua enim fortiſſima eſt natura, quæ tranſcendit & fixam in corpore naturam excitat, i. e. lætificat. Prout ergo dictum, quod Adam, i. e. corpus abſque Evâ in pariendo ſit mortuus, id eſt, abſque ſpiritu, hinc notatur, quando aqua de materia noſtra deſtillata eſt, corpus in fundo alembici mortuum & ægrum in partu ſuo eſt, eo quòd illi ſpiritus vel anima ſubtracta & de eo egreſſa eſt corpusque nigrum mortuum eſt, unde ſi quis id reſuſcitare & putrificare velit, tum extractus ſudor ut anima ipſi reſtituenda eſt & ſal fixum è corpore extrahendum.

☽ ARGENTUM.

Conſtat particulis viſcoſis & pauciſſimis ramoſis connexis cum ſpiritu ſalino valde amaro, & reſpectu ☉is eſt inſtar fructûs immaturi; prout enim tales ſaporem obtinent valde auſterum & amaricantem & coloris ſunt vel viridis vel pallidi; temporis tamen tractu, ubi calore continuante particulæ illæ magis inflectuntur & molliores fiunt, i. e. ubi ad ſtatum maturationis perveniunt, flavi & rubri fiunt coloris; ſic etiam ☽æ viſcoſæ & ⊖næ partes non ſatis excoctæ, & ad maturitatem productæ fructum imaturum repræſentant. Omnia autem metalla præter hoc ☽tum & aurum calcinari poſſunt, hæc enim ob ſummam homogeneitatem & pororum anguſtiam ſalia flammæ non recipiunt, ut alia metalla, quæ ob diverſitatem pororum & minorem denſitatem eadem facilè recipiunt, retinent & ſic calcinantur; hujus compages autem ☽ti ut & ☉ri eſt ex cohæſione atomorum, cujus termini ſunt pori, in quibus aër magis minusq; ſubtilis; æther magis rarus & ſubtilis in poris eſt quos atomi affingunt, eſtque interior, qui magis denſus & craſſus eſt exterius incumbit; & quia denſior eſt, ideo elaſticè propellit in magis rarefactum locum, quia verò craſſior, excluſus inde comprimit tantùm atomos in particulas & particulas in corpus; ſi admiſſio daretur incumbentis aëris intra communes particularum terminos illarum nulla compreſſio & inde cohæſio foret. Dum verò

Digitized by Google

ſubtile fluidum mercuriale in porulis particularum & atomorum corporis argenti & auri ſe intrudit, eorum cohæſionis cauſa tollitur & ita etiam ipſe effectus, & corpus non poteſt non dehiſcere in iſtis terminis, ubi menſtruum penetravit, nimirum ſi ab eodem exterius incumbentis aëris vis propulſiva ſuperatur; quove in minores intimioresque poros menſtruum ſeſe immittit, eò magis etiam retegit concretum in primas & homogeneas particulas, in quibus, ut ſubtiliſſimus, activiſſimus & ſeminalis æther ſeu ſpiritus tantùm hoſpitatur, ita iſte vinculis expeditus etiam ſoluto ſummas virtutes conciliat. Ubi noſcendum metalla ex Mercurio oriri diverſimodè cocto, & ſi imperfecta evadunt, abortus velut fiat ex impuritatibus immixtis ob caloris imbecillitatem, vel in terra vel in ſole, hinc volatilia remanent; Ut ergò naturæ intentio, quæ eſt producere aurum, adimpleatur, ſeparandæ impuritates ſulphureæ & figendus Mercurius colorandusq; in aurum vel argentum, ceu quibus in minus ſpatium redigitur, ſicq; ponderoſior redditur: nam de ſeipſo ferèut ☽um eſt de pondere auri, & acquirit ita id, quod ipſi deficit. Quapropter *Biblioth. Chym.* & *Tract. Lap. Phil.* & *Muſ. Chym. p* 314. monent etiam iccirco ibi incipiendum eſſe, ubi natura ceſſare neceſſum habuit, ut impurum abſtergatur & fiat id, quod natura feciſſet, ſi intra montium anfractus coctio decens peracta fuiſſet. Colorem per ſe aliàs argentum nullum in Chymiâ exhibet; illa verò cœrulea ſeu ſaphirica Tinctura ☽æ dicta eſt à ♀re ipſi permixta: Solutionem aliàs præbet fellis inſtar amariſſimam; Cùm ſalibus urinoſis & alkalicis facillimè volatiliſatur, ſi primò ſuperficies & vicinia particularum disjungantur, & ſi in calcem per ſe vel cùm aliis menſtruis, maximè philoſoph. redigatur memoriam maximè confortat ac cerebrum, imò & alia præſtat, de quo plus quam decet alibi. Largitur nimirum, ſi poſt radicalem recluſionem quis ulterius tendat, Elixir ad album, quod idem præſtat quod aliàs Lapis rubeus Philoſophorum, cujus uſus conſiſtit in eo, quòd morbos calidos & frigidos debellet, materiam ſcilicet peccantem tollat, viſcus læſum ſanet, præſervet, & confortet, idque ob calorem ſuum vel humidi radicalis puriſſimi virtutem ſalinam, quæ cum ſale microcoſmico unitur, & illud à corroſione ſui liberat, illudque in naturalem ſuum creſcendi & vegetandi ſtatum reducit, ſedando & pacificando archæum, vel etiam eum, ſi debilis eſt in parte quadam, ut naturæ ignem, fovet, augmentat & conſervat, etſi tantillus ſaltem ſpiritus ignis adhuc in illâ quieſcat; Sanitatis enim cauſa ait *Talaud. in Animadv.* eſt humorum harmonia, Morborum contrà, inæqualitas humorum; hinc quia ☽ut ☉ temperamento vicinum eſt, antidotus erit morborum ſi illud prius compedibus terreis ſolvatur, ut dein tenuitate ſuâ corpus pervadere poſſit humoresque diſtemperatos æquare & ad æqualitatem perducere; hinc utramque bilem domando gaudium creat, ejus um-

bram

bram ſpiritus obſcurantem arcet, vapores ſcilicet aërem corporis noſtri, id eſt, ſanguinem, atrum, piceum & fuliginoſum reddentes diſſipat, ita ut liquor hic aureus ſuo adventu & ſuâ actione aërem corporis, i. e. ſanguinem & ſanguine tenuiorem ſpiritum umbrâ & caligine vaporis melancholici obnubilatum ſerenet, & hinc etiam à melancholiâ ſpiritus exhauriente exortas rugas faciei, canitiemque fuget, & ex gaudio floridam faciem foveat & conſervet. Tinctura Phyſicorum, ait *Theophraſtus Paracelſus.* (Vid. & Riſtens Alleredelſte Klugheit ſub finem, & *Miſc. Cur. Dec I. Ann. VII. pag.* 85.) univerſalis eſt Medicina, morbos omnes inſtar ignis inviſibilis quomodocunque illi denominentur, conſumens; Doſis ejus valde exigua, ſed operatio potentiſſima; per eam à me, inquit *Hohenh.* curata ſanataque ſunt Lepra, Lues venerea, Hydropiſis, Caducus, Colica, Gutta, ſimilesque morbi, item Lupus, Cancer, Noli me tangere, Fiſtulæ, nec non genus omne morborum internorum & certius quidem, quam credibile ſit, cujus teſtimonium ſunt Germania, Gallia, Italia, Bohemia, Polonia, &c. ſatis amplum. Quid autem in Medicinâ majus eſſe poteſt, quàm ejusmodi corporis mundatio, per quam ab eo ſuperfluitas omnis à radice tollitur & transmutatur? Sanato enim ſemine ſanata ſunt omnia; ſic excellentiſſimum Viri Medici fundamentum erit regeneratio naturæ, juventutisque reſtauratio. Ad iſtam regenerationem Vires & virtutes Phyſicorum Tincturæ mirabiliter inventæ ſunt, ſed ſecretum hoc Deus dat, cui vult, &c. Idem ait *Paracelſus in Tinct. Phyſ. p m.*118. illam ita deſcribit: Dico vobis, ut non accipiatis niſi de Leone ſanguinem ejus roſeum & de Aquilâ gluten album (id eſt, Mercurium viſcoſum, vid. *Agricol. in Popp. P. II. pag.*369.) hæc poſtquam conjunxeritis, coagulate ſecundùm proceſſum Antiquorum, & ſic habebitis Tincturam Phyſicorum, quam inveſtigarunt multi, pauciſſimi verò eam invenerunt. Prædictæ verò Tincturæ Vires fluunt & ex eo, quòd in Sole tam copioſa lux ſit quæ quidem ſubtiliſſimo ſulphure & ſale & terrâ unà cum aqueâ viſcoſitate invicem temperatis inviſcata eſt ut foras prorumpere cupiens, ſolo adſpectu ſolem cœleſtem imitetur, & animam corporis ſenſitivam confortet & recreet. Quid ergo ſi compages auri corpori humano miſcebitur & Lux lucem vegetabit nonne inſignis erit Medicina; unde *Craan* ait, non inſpiciendum ad Tincturam Auri, ſed ætherem, qui ejus tranſiens poros amicus eſt ætheri ſanguinis.

♀ CUPRUM.

Conſtat particulis plurimis viſcoſis & ramoſis valde volatilibus unà cum ſat magnâ quantitate particularum terreſtrium, craſſiorum: ſpiritum obtinet adſtringentem valdeq; immaturum, & à quibuscunque acidis facillimè penetratur & ſuperficies ejus læditur ob pororum nimiam laxitatem, qui facillimè penetrantur à quibusvis particulis acutis ſcindentibus vel

pungentibus, id eſt, tam alkalibus quàm acidis Colorem præbet cœruleum vel virentem; Vomitus efficit ſat violentos, unde non tam crebri interni uſûs exiſtit: externè verò ob ſpiritum ejus valde adſtringentem mundificat optimè ulcera & vulnera. *Gallois Converſ. Acad. T. I. p.* 158. notat ſe in Suediâ circa ſummitatem furnorum in quibus Cuprum funditur, collectum cinerem ♀ bulo inditum, rurſusque fuſum vidiſſe in Cuprum converſum, dum flores diſperſi coadunati rurſus fuerunt: ubi & notat, quòd *Flores* ſublimatione parati nil aliud ſint quàm pili exigui aut filamenta diſperſa, recollectione ſuâ ramificationes velut facientes, veluti hyeme circa nivem obſervare eſt, item in liquoribus mucidis, è quibus exhalationes viſcoſæ aëris ambientis frigore nonnihil repreſſæ, in pilos velut abeunt. *Helmont. in Paradox.* ex eo egregiam medicinam parari poſſe docet, de qua vid. *Tit. de Febre Quartan. in Hippocr. Helvet. Muralti.*

♂ FERRUM.

Gignitur in lapideis montibus plerumque & inter duriſſima ſaxa, ut etiam quidam hinc Martem ſumant pro terrâ ſaxeâ, glareâ & ſaburrâ refertâ, unde etiam aries & hircus quæ ſalebroſa amant loca, huic Planetæ appinguntur, & *Seton.* ait. Aquam Philoſ. optimam eſſe, quæ præparatur ope ſulphuris metallici acidum ſylveſtre mineralis cujusdam mitigantis & ſe corroſione propriâ enervantis quod reperitur in ventre arietis, id eſt, Martis, cujus domus eſt Aries, ceu & inde per Leonem ſæpius intelligitur Sol, cujus domus eſt. Anatomen autem & Ortum Martis ſi conſideremus, conſtat is particulis multis terreſtribus cum paucis ramoſis & viſcoſis, ſpiritu inſuper præditus eſt vitriolico volatili, unde facillimè in pulverem abit: difficillimè funditur, quia particulæ illæ craſſæ & terreſtres copioſæ non tam citò in motum deduci poſſunt, ob humiditatis propriæ & ſalis inopiam & ramoſarum particularum. Tincturam ſeu colorem præbet purpureum ad nigrum vergentem: ſubſtantia verò ejus intima flava eſt ad inſtar Auri puriſſimi ad multos morbos perutilis, quæ eadem eſt ex Lapide Hæmatitis confecta. Vide *Eſſent. Lap. Hemat. in Regn. Miner.* in quâ multa latent egregia & in Alchymia ſicut & in Antimonio. Rideant Oſores artis propriam ignorantiam. Externè particulis ſuis terreſtribus Salia acria & erodentia ipſi occurrentia ſive externè ſive internè corrodit & mitigat.

♃ STANNUM.

Conſtat particulis viſcoſis maximè terreſtribus & immaturis cum pauciſſimis particulis ramoſis volatilibus, Spiritu inſuper turget acido, oleoſi ſalino, facillimè ſolâ fuſione in 🜂 reducitur in pulverem irreducibilem: Cum Salibus inſuper acido-ſalinis ſat commodè in altum elevatur inſtar butyri antimonii, facitque magnetem mirabilem pro educendis coloribus;

Digitized by Google

coloribus; Vid. Liquor Jovis *in Regn. Miner.* Tincturam de ſe præbet nullam niſi adjutam aliis particulis; nimirum acido ſuo ſpiritu convenit coloribus reflectentibus, ut ſunt Scarlatum, quia ſuperficiem maximè æqualem corpuſculis illis tingentibus efficit. Internus ejus uſus rarus eſt, niſi ad matricis & pulmonum affectus. Vid. *Antibell Poter. in Regn. Miner.* & *Select. Remed.* In uſu communi inſervit ad varia vaſa concinnanda, quæ aliàs aquâ repleta minimè funduntur, quia pori aquâ occupatur & ita poros claudunt, ut corpuſcula ignea minimè poſſint penetrare, ſtannumque fundere, quamvis etiam ignis particulas aquæ ſubtiles ſurſum rapiat, eodem enim ſpiritu deſcendunt aliæ ponderoſiores.

☿ MERCURIUS.

Hic obtinet Spiritum alkalicum amaricantem ſubtiliſſimum, qui ſe ſe poris metallicis inſinuavit & fluiditatem ipſi conciliavit: omnia metalla præterquam ♂tem aggreditur & diſſolvit. Amiciſſimus eſt ☉, quod inſtar fulguris arripit & ſeſe cum eo permiſcet. Servus dicitur fugitivus, nec immeritò in hieroglyphicis Mercurius alis ad pedes & caput exornatus prodit, quia velociſſimus eſt omnium Deorum, ſcilicet metallorum, unde nuntium illum fecerunt, & Irim nuntiam dixêre. Hinc & ſerpentes caduceo convolutos habet ob lubricitatem ac pandos & repandos fluxus undarum, ſi quis autem alas ei rectè præciderit, mitior evadit juvenis & magis quietus, ita ut facillimè poſteà ſemper bonus nuntius fiat, & ſecreta Deorum revelet. Nimirum natura determinata eſt in auro, ſed generica in mercurio. Per hunc illa revocantur in ſeminariam conſtitutionem; Ex ſemine porrò educitur Lapis noſter prolificus, ut tanquam arbor ex unico grano ſeminis nata porrò porrò innumerabiles fructus & ſemina fiant. Variis aliàs Uſibus Medicis Mercurius deſtinatur, prout vario modo & artificio ejus alæ præcipuè abſcinduntur cultris vel acutioribus vel obtuſioribus, ut ſic vel ſalivam vel ſudores vel vomitus vel ſeceſſus moveat. Sic & ex Mercurio fit arbor philoſophica, dum is particulas minimas aliorum cryſtalliſandas ſibi unit, ſicque in altitudinem extollit, easque in tot ramos ſimiliaque effingit; confirmat hoc, quia liquori illi affuſa aqua ſalſa vel aqua Reg. vel aqua communi temperata nubecula oriatur alborem inducens, quæ ſenſim dein flocculos ſuos albicantes in arbuſculos non ſine gratiâ dimittit: Et ſic quoque operationes frigoris, metereor. Vegetabilium germinatio, imò ferè tota natura explicari poteſt. Dari aliàs ☿ium corporum probat Mercurius ♄ni ex vaſe plumbeo atramentum aſſervante, illudque in magma redigente, exuſcitatus, de quo *Excell. Wedel Ephem Dec. II. Ann. I. pag. 383.* imò omnia Metalla ex Mercurio oriri diverſimodè ſaltem coctò certum eſt, & ab impuritatibus immixtis varietatem inſuper oriri omnes Philoſophi docent; quare & vi Tincturæ me-

talla imperfecta in aurum & argentum redigi poſſunt, ſi ab aureâ vel argenteâ naturâ, quæ in illis eſt, ſeparetur impuritas, qua cum inquinatur eorum Mercurius. Verè Tibi affirmo, docet *Muſæum Hermet.* quòd omnia, quæ de argento vivo ſcripta reperis, non de communi argento intelligere debes, quod metallorum unum eſt, ſed illud, quod omnium metallorum origo eſt, & ſuâ in naturâ nullum omnino metallum eſt, metallicæ quidem naturæ & proprietatis eſt per influentiam Planetarum ex quatuor Elementis in unum reductorum; ſi enim metallum eſſet, tunc forſitan non eſſe poſſet origo metallorum. Res itaque argentum vivum comune longè eſt alia, quo Lapis fit, qui aliquot dierum intervallo moritur, velut homo in ſepulchro, & tunc illi à Deo ſpiritus ipſius reſtituitur, qui morbum ejus tollit, illumq́; putificat; dein in pulverem comburitur, qui bene miſcendus & humiditate potandus eſt, adeò ut fiat inſtar combuſti ſanguinis. Uno ſcil. opere & viâ, unâ cum re unâq́; miſtione totum opus peragitur. Unum ſaltem vas ad totum opus laboremq́; requiritur, quod lapideum ſit, nec ignem exhorreſcat. Noſtrum opus nil aliud quàm vapor & terra. Liquefactio in igne ſæpius renovari debet, dum prima nigredo fit: quamdiu verò hæc durat, fœmina imperat, donec albedo accedat: Materiam & vaporem coquito ſaltem ut coaguletur, & albus Lapis fiat. Ex libro *Alze*:

Spiritus eſt intus, ſubito talem accipe, namque
Non properans, corpus dividere arte potes.
Simpliciter feces terra dujunge vapore,
Hoc facto, addatur frigida fontis aqua.
Tali conſpergas has ſedulitate frequenti,
Tunc verum Elixir totius artis habes.

Hoc Elixir non immeritò divinæ potentiæ concentratum ſimulacrum, imò icon centrumq́ue dotium virtutumq́ue univerſi, ſymbolizans cum fidei articulis, &c. dicitur.

♄ PLUMBUM.

Saturnus ſecundùm quoſdam à ſatu dicitur, quod ſata omnia in terrâ cujus ipſe hieroglyphicum eſt, ſerantur, hinc & edit terra abſumitq́ue infantes ſuos, id eſt, omnia, quæ ex illa veniunt, ab eadem etiam conſumuntur: Unde & *Ovid. Metamorph.* Tempus edax rerum; quo & Saturnus Phil. innuitur, qui infantes à ſe productos tandem ſolutione radicali conſumit; Verùm de Saturno Philoſoph. hoc magis intelligendum, quam de Saturno vulgari, niſi, ut audiemus, hoc de probatione metallorum intelligatur; Saturnus vulgaris ♃i eſt maximè affinis, niſi quod ſuperficiem magis aſperam obtinet & ſpiritu abundat alkalico ſubdulci, qui fuſibilitatem ejus promovet, & penetrantiſſimus eſt, adeò ut fulguris inſtar ubi viam acquirit apertam ad intimas uſque partes ſe ſe inſinuet & horrenda aliquando

ſympto-

ſymptomata producat, ut conſtipationes ventris, urinæ. Dicitur *proprios filios devorare*, vulgaris quidem, quia metalla in vaſe cineritio △ni impoſita ita devorat, ut nulla eorum extent veſtigia, excepto auro & argento, vel Philoſ. diſponit tantùm, ut citius & commodius igni devorentur, ac etiam cum ipſis hinc calcinentur. Vid. *Curioſit. inoyes p.*233. nim. ſpiritu ſuo ſubtiliſſimo ☉ & ☽ ex tempore in poris ſuis recipit, ibidem illa examinationi & digeſtioni proponit, arte ſcilicet Vulcani temporis tractu proprios filios evomere iterùm cogitur, eos ſcilicet ſolos, qui in examine conſtantes proprio patri reſtiterunt; infidi verò cæteri fugantur, unde pretii loco regium nomen ipſi datur. Acida omnia in dulcem redigit ſaporem ob ſpiritum ejus alcalico-dulcem. Interno & externo uſui dicatus eſt ad mitigandas omnes particulas acidas & ſalinas. Occaſione autem ejus quod dixerimus Veteres Saturnnm proprios filios devorare docuiſſe, noſcendæ ſunt hieroglyphicæ & myſticæ eorum loquendi formulæ, ſic namque & Poëtarum Fabulæ ſunt operationes chemicæ arcaniſſimæ ſub nominibus Deorum Dearumque earumque amoribus aut odiis tanquam res cœleſtes occultatæ, ut & metamorphoſibus variis ac mirabilibus rerum, ſicut fabula de Phaëtonte, qui auſus fuit currum Solis regere è cujus axe dein fluxit pinguedo Solis, id eſt, oleum ejus, &c. ſic & fabula de Apolline interficiente Draconem, de adulterio Martis & Veneris, &c. nam ſi ad ſenſum literalem intelligeretur, tunc toti venerandæ & ſapientiſſimæ Antiquitati injuria ſummè fieret, cùm minimè credendum ſit illam tam impiè & blaſphemè de Diis crediſſe.

ZINCUM & MARCASITA ARGENTEA.

Sunt particulæ viſcoſæ ſimul cum halitibus arſenicalibus acidis; Cætera omnia Mineralia intra hæc præſcripta propria requiruntur; Differentia verò in ſtatu volatilitatis eſt & prout poros magis arctos vel apertos habent. Vid. *Remed. Anglic. tit. Zincum*, & *Kunckel. de art. Vitr.*

♁ ANTIMONIUM.

Conſtat particulis plurimis ramoſis terreſtribus & viſcoſis; ſpiritu abundat acido, qui particulas ejus ſecretas retinet; Mercurius ei ineſt, plus quam aurum æſtumandus. Varia inde tam ad Medicinam quàm alios uſus efficiuntur, ut ferè integram Pharmacopœam conſtituere poſſit. Varios inſuper mentitur colores pro variâ Salium illas particulas dirigentium qualitate quod ſignum inſtabilitatis ejuſdem. Amicum eſt valde metallis ceu ipſorum pallorem roſeâ ſuâ animâ ſanans; quam in rem egregiè *Baſilius Valent. Clav. I.* inquit: Diadema Regis ſit ex auro puro & caſta ſponſa ipſi copuletur; unde gryſeo avidiſſimo Lupo Saturni filio famelico projiciendum eſt corpus Regis, ut inde ſibi alimentum habeat & cùm Regem devoraverit, fac magnum ignem, in quem mitte Lupum ad comburendum penitus

nitus, tum Rex rurſus liberabitur; cùmque hoc ter factum fuerit, tum Leo ſuperavit Lupum, nec quicquam in eo amplius conſumendum inveniet; atque ita Aurum ritè purgatum erit pro opere; Leo ſe purificat ſanguine lupi & ſanguinis ejus Tinctura mirificè lætatur Tincturâ Leonis, ſiquidem amborum illorum ſanguis affinitate quadam propinquitatis invicem conjunctus eſt : cumque Leo ſatiatus eſt, ſpiritus ejus fortior factus eſt, quàm prius oculique ejus ſplendore magno rediant inſtar Solis ac interior ejus eſſentia plurimum valet ad omnia, ad quæ requiritur; Et cùm ſic præparatus fuerit, gratias ipſi agunt filii hominum morbis oppreſſi & leproſi de ejus ſanguine deſiderant bibere, gaudentque ejus ſpiritu, hinc rejuveneſcunt, & à morbis internis & externis liberantur : Sed videndum ut fons vitæ purus & clarus reperiatur, vitando corroſiva quævis. Sex loca peragrat Rex in firmamento cœleſti, ſed in ſeptimo ſedem ſuam figit, nam palatium regium inibi tapetibus aureis ornatum eſt. Qui hoc incombuſtibile Sulphur noſtrum quærit, id in eo reperiet, in quo incombuſtibile eſt, quod fieri nequit, niſi mare ſalſum corpus abſorbſerit & rurſus ex ſe ejecerit; tum exaltes ipſum in ſuo gradu, ut omnes cœli alias ſtellas claritate ſua longè antecedat inque ſua eſſentiâ adeò ſanguine abundet inſtar Pelicani, cùm ſe in pectore vulneraverit, tumque abs defectione ſui corporis multos pullos educare, & ſanguine ſuo nutrire poſſit : illa eſt Roſa noſtrorum magiſtrorum colore tyrio & rubens ſanguis Draconis à multis deſcriptus, pallium quoque purpureum ſummè foliatum in arte noſtra, quo regina ſalutis operitur, & quo omni metalla eleganti colore refici poſſunt. Hoc pallium honorificum ſerves bene unà aſtrali ſale, quod cœleſte hoc ſulphur conſequitur, ne adverſi, quid ipſi accidat, & de volatilitate avis ipſi concedas quantum ſufficit, tum gallus devorabit vulpem & poſt in aqua ſuffocabit perque ignem reſuſcitatus à vulpe iterum devorabitur, ut par pari referatur. Quare & *Raym. Lullius* optimè monet Terram aridam ſic factam calcinatione philoſophicâ ſaturandam eſſe potu aquæ clariſſimæ, unde intumeſcit viſibiliter ab omni parte, quia ei quaſi infigitur, albeſcensq; tandem redditur, id eſt, in Elixir album ante rubeum abit. Sophiſtica autem & phrenetica Chemia à ſolutione radicali auri longiſſimè abeſt. Mercurium vulgi auro miſtum minimè ligare valet, quin nexum rumpat & avolet in auras, aurumque quocunque modo ſolutum reduci poteſt in ſubſtantiam ſuam, ignoratque antimonium olympicum, aquam ſcilicet philoſophicam limpidiſſimam, in quam ſi injiciatur aurum olympicum, ſolvitur illico in limum nullâ humanâ induſtriâ in priſtinam ſubſtantiam reducibilem, & per omnes colores ſic ambulat, donec in amictu purpureo ſuperbiat & chlamyde ignobilia metalla involvat purpureâ. *Caſſius Tract. de Auro* teſtatur ſe vidiſſe tale menſtruum, quod eſt ignis humidus,

midus, verus ille Typhon, qui Iſidem & Oſiridem in unum indiſſolubile corpus adigit; Menſtruum ſcil. eſt & radix mercurialis, cujus ope aurum reducitur itidem in radicem, ſolvitur, calcinatur & ſpiritibus imbibitur, uſque dum ſubtilis ejus natura extrahatur, idque tam diu, donec ſufficienter de ſpiritibus in ſe ſuſceperit & fixaverit; ſpiritus autem hi ſunt Mercur. philoſ. quo auro ſubtilis & digeſtus Mercurius extrahitur, unde Aurum in Antiquiſſ. bell. German. p. 111. loquitur: Bey einem verſtändigen Naturkündiger thu ich bald/ was ich ſoll/ dann mit mir werden vermiſcht/ vereiniget und figirt die metalliſche Geiſter / item / von mir wird gebachen ein Kuchen/ wer darvon iſſet/ wird nimmermehr hungeren/ kein vollkommen Metall kan ohne mich oder meinen Schweffel in beſtändig Gold verwandelt werden. Alius Philoſophus *Gallus* ita loquitur: La compoſition de deux matieres, qui entrent dans la compoſition eſt appellée l'Eau des anciens Philoſophes, ou à cauſe, que leur premier Mercure, qui eſt leur eau, eſt la premiere & la principale partie de cette compoſition, & qu'il y eſt en double propoſition du ſoufre ou de l'or (qui & eſt l'autre partie) ou parce que ce melange eſt la compoſition, qu'apres que l'or eſt diſſout & les choſes liquides de meme nature s'uniſſent parfaitement à l'or. Nimirum Aurum potabile verum, quod omnia in mundo ſuperat, fit, dum Aurum in igne ope Mercur. philoſoph. rubigine friabili obnoxium fit, de quo *Turb. Phil.* Rubigo autem hæc nil aliud eſt, quàm partium ejus extra ordinem emotio, orta ab actione validi agentis Mercurii Philoſ. cujus partes calcinatæ cum Auro remanentes quaſi totidem cunei ſunt, in poros, qui grumos inde formatos interjacent, ſe inſinuantes. Quia verò pori Auri vel nulli vel anguſtiſſimi ſunt ob ſummam puritatem & partium coadunationem, adeo ut nihil aurum præter Mercurium Phil. ob homogeneitatem & radicem (ex Mercurio enim hocce ut radice Aurum enatum) penetrare queat, inferendum quoque eſt, difficillimum eſſe Aurum rubigini tali contrahendæ, ex qua ſcil. ut auro aperto & ſoluto Tinctura inde haberi poteſt. Neque verò ſic aurum penitus corruptum eſt, quin non ſervetur ſeminalis ejus craſis & virtus, quæ hinc archæum humanum ſummopere ſolatur. Penetrantior autem & exquiſitior hæc eſt recluſio quàm dum ex Lapidibus auro prægnantibus id ex iis elicitur affuſione ſcilicet aquæ ſimplicis, addito parum Salis & Mercurii communis, ut paſta inde formetur, unde diuturnâ triturâ & elotione omne, quod metallicum non eſt, aufertur, remanente auro & argento amalgamato cum Mercurio, quo dein abſtracto per fumum, ſuperſunt metalla cinerum formâ, quæ adhibito igne ſat valido in Crucibulo fuſa in cylindros efformantur, qui modus eſt Hiſpanorum in Peruano Regno. Hìc verò notanda diviſio Fuſionis, Liquationis & Solutionis; nimirum propriè *Fuſio* fit ab igne metallum, v. g liquante. *Liquatio* mediante

aquâ aut liquore aqueo minimè acuto, ut ſalis liquatio in aqua. *Solutio* verò provenit à liquore vel fluido acuto vel erodente, ut aurum vel argentum in Aq. fort. Aq. reg. vel Corall in Acet. Sicut autem hæc conveniunt in eo, quòd corpus conſiſtens in fluidum mutetur mediante inſenſibilium particularum diviſione ſeu ſolutione illius nexûs, quo ſe ſe mutuò implicabant, ita debet eſſe in his memoratis agentibus aliquid ipſis commune, ratione cujus ſolutio nexûs ſeu diviſio illa effici valeat; hoc autem eſt ſubſtantia corpuſculorum ſalinorum præcipuè volatilium ſeu plurimùm attenuatorum, quæ ratione figuræ apta ſunt poris ſe ingerere & texturam conſiſtentium corporum abrumpere. Quare malè negat *Ang. Sala* menſtruum univerſale, quod non poſſit non eſſe corroſivum, liquori enim ineſſe poſſunt talia corpuſcula, quæ ratione figuræ & maximæ tenuitatis apta ſunt ſubtiliſſimos etiam auri poros laxare & ejus compagem omnino ſolvere idq; ſuaviſſimè & eodem modo, quo Sal in aqua liquatur. Mercurius verò auro mixtus, ut fluidum priùs, dein in igne conſiſtentiam acquirit aut coagulatur per emiſſionem ſeu exhalationem partium ſuarum mercurialium acido-terrearum, quæ tum motu ſuô tum ratione figuræ impediebant partium auri colligationem & ad invicem cohæſionem; hinc ſi prædictæ partes ex ipſo fluido erumpant aut exhalent, manifeſtum eſt poſſe illud fluidum, partes videlicet ipſius ſuperſtites debitam aliquam conſiſtentiam nanciſci. Dum verò talem conſiſtentiam nanciſcitur, tandem fuſibile fit, quia ſcilicet retinet humorem aliquem (vel juxta *Kunckelium* multum ſalis acidi obtinet cum paucâ terrâ) ita cum aliis partibus terreis colligatum & firmiter implexum, ut avolare nequeat ſeparatus ab ipſis terreis particulis, ac proinde fluere quidem cum ipſis ſequacibus poſſit, non tamen ab illis omnino divelli. Sciendum enim in omnibus conſiſtentibus corporibus (excepto Auro) duplex dari humidum, *ſeparabile* ab igne, dein *fortiſſimè unitum* cum particulis terreis, unde ignis ſolvit quidem nexum unius partis compoſitæ ex terreo & aqueo, quo illa pars uniebatur alteri ſimiliter compoſitæ, verùm non poſſunt ſingulas iſtas partes ulterius ita dividere, ut aqueum ſeparetur à terreo & cum ipſo igne poſſit avolare, hinc & cùm non facilè adhæreant avolantibus corpuſculis igneis Fixæ perſiſtunt, cumque interim ſolutæ ſint nulloque nexu cohærentes, dum huc illuc agitantur ab interſperſis igneis corpuſculis, ipſum corpus ſic diviſum & agitatum *fluidum* eſſe neceſſum eſt & fundi, qualis & fuſio perſiſtit, quamdiu ab ignis ingreſſu materia rareſcit, nec rurſus denſatur complicaturque, niſi ignis particulas ſufficienti impetu agitans ab illis ſeparetur & avolet. Quia verò partes terreæ ſunt & inde graviores ignis ut levis impar eſt & incapax ad illas elevandas. Dum verò Aurum cum ſuo Mercurio eſt in *Fluxu* ſeu *Liquefactione*, concipiendum

dum

Digitized by Google

dum eſt, ut in aliis corporibus fluidis, ſingulas illorum partes ſibi mixtas homogeneum conſtituentes cùm ſint aliis incohærentes, proprio pondere concidere naturalique gravitate unam ab aliâ recedere & tendere ad centrum. Quatenus autem Mercurius communis ut corpus liquidum ſeu fluidum à Tincturâ figitur in ☉, intelligendum illum corpus conſiſtens fieri ſolâ mutatione texturæ partium, dum ſcilicet partes, quæ prius erant ſolutæ & incohærentes ſeu imperfectè colligatæ, invicem implicantur aut irretiuntur. Simile eſt Mercurius à tenuiſſimis corpuſculis ex liquato Saturno erumpentibus coagulatus, cujus tam modica ſubſtantia hoc præſtat, ſive id fiat (verba *de Lapis Mag. Nat. & Art. T. II. p. 126.*) excludendo è poris illius aliqua corpuſcula ignea vel ætherea, quæ prius fluiditatem conſervabant, ſive novam figuram argenti vivi particulis prius agitatis aut attritis inducendo; ſive, quod videtur magis veroſimile, per ſimplicem novam adaptationem & mutuam partium colligationem, velut ſi adventitia plumbi (multo magis Tinctura ſeu Sal auri fuſibile) corpuſcula fibularum aut vinculorum officio fungerentur. Hinc aſſerit *cit.* Conſiſtentiam corporum, quæ conſiſtit in mutuo particularum plexu & unione haberi potiſſimùm à partibus ſalinis, quarum proprium eſt retinere atomorum ſuarum particularum organizationem & eandem toti corpori conciliare. Eodem modo, quo Mercurius à Saturni fumo, fixatio Mercurii mediante Lapide philoſoph. obtineri poſſet, inquit, etiamſi ille non haberet ſalinam naturam, quam tamen ei quàm maximè ineſſe crediderim. Nec obſtat modica illius quantitas, nam ipſius ſalis perfectio & peculiaris natura potius attendi debet, quàm ejuſdem moles, unde eſt, quòd metalla & gemmæ etiamſi modico ſale prædita ſint, poſſunt tamen ſpectatâ talis ſalis naturâ & reliquæ materiæ attenuatione & figuræ particularum attenuatarum aptitudine ſolidiſſimum corpus conſtituere. Huc ſpectat quoque *coagulatio Mercurii* admixtione æruginis & ſalis cum aceto & aq. in ſartagine frixorum & ſubſequens in aëre induratio major, ubi extranea illorum corpuſcula non tam poros Mercurii pervadunt quam in minutiſſimas particulas diſcerpunt, quibus poſſunt ratione figuræ complicari & firmiter cohærere. Ubi obſervandum quam exiguæ extraneæ materiæ quantitas ſufficiat ad totum aliquod corpus fluidum coagulandum vel etiam indurandum & ſolidandum. Quod autem poſt aliquas horas aëri expoſitum magis induretur eſt ab agitatione aëris externi ut firmius interſerantur & implicantur. Quia etiam ſal pars fixa eſt, & remanet in cineribus ſeu calce omnium mixtorum, reliquis principiis evaporantibus (exceptis corporibus perfectis ☉ & ☽to, & à ſulphure ſeu terrâ *Kunckel.* in aliis metallis) credendũ à ſale reliqua retineri & coërceri, imò in ſale eſſe ſemen mixti ab eoq; haberi mixti peculiarem partium organiſationem & conſequenter firmi-

Digitized by Google

tatem & conſiſtentiam. Hinc *Baſil. Clav. IV.* Coagulationem omnium rerum ſolummodo ſal operatur: & *Claveus* dicit Tincturam nil niſi ſal fuſibile ſpirituoſum eſſe, cui Auctor Tumuli Paupertatis per omnia ſimilis concordat. Hinc ſal merito Divinum dicitur & Divinitati comparatur.

Cætera Mineralia vel magis vel minus particulis terreſtribus ac inutilibus & ☿rio abundant: quò verò magis ad puritatem accedunt eò duriora & ponderoſiora ſunt, ut Lapis Hęmatites ignobiliora verò mineralia leviora & fragiliora ſunt, ut Lapis calaminaris, terræ, quia poros magnos & interſtitia admittunt, nec particulæ tàm arcto nexu conjunguntur; Omninò enim cum *Helmontio in Paradox.* in hiſce Corporibus ut & Metallorum attendendum ad variam texturam & implicationem particularum metalla conſtituentium, prout maximè exemplo Corii groſſioris & mollioris duplicis generis Coriariorum ingenioſè declarat, & pro Tincturæ penitioris & radicalis magis ingreſſu explicat, ſcilicet nil niſi Mercurius eſt qui variam combinationem & mixtionem cum aliis particulis vel ſibi homogeneis (v. g. cùm Tincturâ figitur) vel heterogeneis (dum cum vario ſulphure combinatur & ſic metalla diverſa efformat) ſubit; Sic & inde corpora magis ſibi homogenea (indeque magis ſibi aſſociabilia) Mercur. vulgi, Mercur. Philoſoph. Aurum, Argentum *corpora gravia* ſunt à majori denſitate ſeu majori minimarum particularum ad invicem approximatione, ita ut minus ſpatii interſperſi relinquatur inter unam & aliam. Hinc & minus corruptioni ſeu deſtructioni obnoxia & difficillimè eorum partes chymicâ arte ab invicem ſeparari queunt, ita, ut forma auri vel argenti deſtruatur, omnis enim corporis corruptio provenit ab alienis corpuſculis ſe poris illorum intrudentibus & eorundem texturam & partium nexum, colligationem & ordinem alterantibus & deſtruentibus, adeòque eò magis reſiſtunt aëris, aquæ, ignis aliorumque ambientium corporum injuriis, quò minus iſtis aditus patet per eorum poros in intimas partes. Sic namque *cit. Lana Mag. Nat. & Art. T. II. p* 84. refert ſe diverſi generis fructus diutiſſimè incorruptos ſervaſſe immerſione in Mercur. filo tenui ferreo in fundo vaſis rem detinente, idque ob Mercurium denſiſſimum & impervium vaporibus & effluviis corporum; qui naturalem ſuam frigiditatem continuò ſervat inalteratam. Nimirum natura continuo motu & agitatione particularum utitur tanquam medio neceſſario ad hoc, ut minimæ particulæ materiæ attenuentur, & ſic aptæ evadant ad conſtituenda corpora magis perfecta, ut ſunt illa, quæ magis compacta ſunt & firma, adeò ut non poſſint amplius facilè ab agentibus naturalibus diſſipari, ut patet in productione auri & aliorum metallorum, in Lapidibus pretioſis, qui perfectiores cenſentur, quo ſolidiores; imò id manifeſtum eſt in omnibus chymicis Eſſentiis aut Magiſteriis & in ipſo *Magni Lapidis arcano*, cùm

cùm in iis omnibus primum artis, quæ naturam imitatur, intentum ſit, craſſa corpora attenuare, ut inde conſurgat novum & perfectius corporis genus. Partes autem alicujus corporis, v. g. Aurum dividere ſeu *attenuare* vel ſubtiliores reddere eſt partes minores, quę ſimul nexu ſeu implicatione colligatæ unam aliquam partem craſſiorem coagmentant, diſcerpere ſeu dividere & earum vinculum ſolvere, adeò ut ex unâ plures fiant actu diviſæ, ex unâ inquam unitate unionis ſeu continuitatis phyſicæ. Quòd ſi ita ſingulæ dividantur, ut earum quælibet non retineat amplius naturam totius corporis, quod antea ſimul id cum aliis conſtituebat, tunc corpus illud dici poteſt, quaſi reſolutum in Materiam primam, quæ proinde ſtatim poteſt novam formam induere, ſi novum agens accedat, quod in illam operetur, de quo hinc inde Philoſophi: Denſiora autem corpora, ut ſunt pleraque ſolida & firmiſſima, ut aurum, neceſſariò conſtare debent ex tenuioribus particulis, cùm plerunque majores non ita ſibi invicem appropinquare queant, ut ampliores pori & interſtitia non relinquantur. Confert ergò exilitas partium ad denſitatem. Hinc & præcipuum naturæ Inſtrumentum in corporibus operantis eſt ſpiritus igneus tenuiſſimus & calorificus, & proin aptiſſimus ad partes materiæ, in quam forma introduci debet attenuandas, commovendas & digerendas. Hinc naturales omnes Concretiones propriè dictæ à calore potiùs, quàm à frigore fieri dici debent, dum ille materiam ad mutuum plexum & unionem diſponit, Quare egregiè *Setonius in Nov. Lum. Chym. C. V.* qui ſcit congelare aquam calido & ſpiritum cum eâ jungere, certè rem inveniet millies pretioſiorem auro & omni re; Efficiat igitur, ut ſeparetur ſpiritus ab aquâ, ut putreſcat & appareat Granum, id eſt, explicante *Libavio* terra ignea, quæ cùm prius latitaret, reſoluta aquea parte emergit & apparet, ut mons in mari medio, cum quo pedetentim concreſcit ſpiritus & aqua, donec omnia fiant unum. Aliàs Ignis metallū liquat, dum ipſius metalli particulas plexu quodam inter ſe connexas ab invicem ſejungit, violentâ ſcilicet intruſione acutiſſimarum & tenuiſſimarum partium volatilium ejuſdem ignis, ex quo fit, ut metallum dilatetur, & ejus partes ſolutæ ab invicem ſeparentur agitenturque. Quòd ſi ſolum Incandeſcat, minus dilatatur, quia partium nexus omnino non ſolvitur, ſed tamen laxatur magis vel minus pro ratione majoris aut minoris caloris, unde etiam magis aut minus partes reſiſtunt diviſioni. Huic etiam dum rurſus metallum liquatum concreſcit aut ignitum refrigeratur, ad priſtinam molem condenſatione redigitur, quia avolantibus ſpiritibus igneis, qui poris interſperſi & mobiles fibrarum plexum ſeu texturam vel partium nexum abrumpebant vel ſaltem laxabant, ipſæ partes iterum priorem ſitum & mutuam habitudinem ſeu texturam & nexum adipiſcuntur; Quod ſi autem aliquid ſic interponatur,

tur, tum fiet radicalis ſolutio : Hinc nota; Si aliquod Concretum conſtet ex particulis terreis naturali calore optimè digeſtis & attenuatis, quæ ſint firmo plexu colligatæ cum ſufficienti humido ſimiliter attenuato & concocto, corpus illud dixitur *Fixum* : Quòd ſi ita fixum ut particulæ igneæ nullos vel paucos inveniant poros aut ſatis amplos aut ratione figuræ aptos, ut illis ſe valeant inſinuare, corpus hujuſmodi non modo non erit fuſibile, ſed & neque calorem ſaltem magnum ab igne concipere poterit, ut *Amianthum*, &c. Si verò ſit ita fixum ut ignea corpuſcula plurimos quidem poros ejus ſubeant, verum non poſſint inſenſibilium particularum nexum diſſolvere & eas ab invicem ſeparare, ſummè poteſt calidum reddi, ſed non fundi, ut *Gemmæ, quidam Lapides, &c.* Quòd ſi verò fixum dividi poſſit ab igne in particulas ſenſu imperceptibiles, illaſque is rarefacere & agitare poſſit, dicitur Concretum fuſibile, ut Aurum, quod eſt ſummè puriſſimum, nec antecedenter nec poſt fuſionem ſeparantur ab eo partes aquæ aut terræ, cùm nullas habeat, quæ non ſint ſufficienter in ſui primâ generatione attenuatæ & perfecto nexu colligatæ ſint: Alia metalla ob eandem cauſam ſunt etiam fuſibilia, ſed quia aliquæ in iis ſunt partes terreæ ob imperfectam concoctionem & incorporationem cum humido minus fixæ, vehementi igne ſeparantur à reliquis, dum earum humidum unà cum igne avolat vel etiam cum ipſis particulis ignis irretitur & permanet in forma *ſcoriæ* vel *calcis*, cum augmento aliquando etiam ponderis ex novo plexu eoque arctiori particulis inducto, unde aër fortius premit; Smiliter inde *Calces metallorum* difficilius quàm ipſa metalla fuſionem patiuntur, quia laxiores pori fuerunt jam ab igne reſerati cum partium tenuium diviſione, quarum ſingulæ anguſtiores habent poros. Quod ſi tamen Calx auri ex fixatione Mercurii obtenta, diutius calcinatur, particulæ auri extravertentur & laxior textura inter particulas auri (ſatis tamen compacta ex Mercurio compactiori reddito interpoſito) emerget, ut patet ex friabilitate Tincturæ.

CONCHILIA & TESTACEA.

Originem trahunt à particulis terreſtribus mediantibus ſalinis diſſolutis & imminutis & in mucoſam ac leviſſimam ſubſtantiam redactis, quæ poſteà ſibi invicem agglutinantur & duriores fiunt : pro puritate verò particularum terreſtrium vel lapidearum oriuntur etiam magis vel minus nobiles, nempe Corallia rubra & alba. Talia Conchilia imò ipſæ perlæ è mucilaginosâ vel in mucilaginem redacta ſubſtantiâ oriuntur eodem planè modo ac Arena mediantibus ſalibus igne vehementi primò in materiam viſcoſam poſteà in vitrũ transparens abit, & veluti magiſteria mediantibus menſtruis acidis imminuunt pulveres ipſi ſubjectos & in pulviſculum tenuiſſimũ mucilaginoſum corpora convertunt, quæ poſtea concretioni apta

ſunt,

ſunt Les couleurs de la Nacre de Perles procedent des petites ondes ou rides de leurs lames, qui ſont couchées irregulierement les unes ſur les autres & l'on voit diſtinctement les rides par le moyen des microſcopes. *Mariotte Eſſay IV. Traitté des Couleurs p. 607.*

CARBONES, FOSSILIA INFLAMMABILIA

Oriuntur è particulis ramoſis ſibi invicem incumbentibus & in magnâ ſatis copiâ ibidem concretis: originem ſumpſere ex halitibus ſubterraneis pinguioribus, qui inſtar fuliginum in camino exiſtentium ſenſim in copiâ accumulantur: & pro varietate ac puritate particularum terreſtrium ramoſarum magis vel minus ſibi invicem accumbentium varia oriuntur ſulphurum Bituminum ramoſarum genera, imò etiam pro ſpiritu & particulis mobilibus valde vel minus flexibilibus in illis ramoſis exiſtentibus, variatur item vis & conſiſtentia ramoſarum particularum, nempe ſi abundet ſpiritu fluido volatili, qui ſatis aptus ſit ad particulas illas ſubtiliſſimè imminuendas & inflectendas, fluida evadunt ramoſa, ut Oleum petræ, Terræ, aliaque naturalia, quæ variant pro varii generis particulis intra poros eorum interceptis. Sic & ſi ſpiritum obtineant acidum auſterum, materia ſcilicet adſit rigidior, particulæ illæ conſtringuntur & ſibi invicem magis incumbunt, ut Carbones foſſiles, Gagates, Succini diverſa genera. [Not. Succinum attrahit paleas ob tenuiſſima effluvia aërem rarefacientia, de quo *Kircherus Art. Magn. p. 563.* Vid. & *Chabeus Magn. Philoſ. L. II. c. 6. Aldrov Muſ. metall. L. III. c. 6.*] Si verò ſpiritum merè acidum admittant, id eſt, ſi materia ſubtilis nihil immutata in poris illis hæret, durum evadit & fragile ſubjectum, ſed minus ponderoſum, ut ſulphur & diverſa ejus genera. quo clarè patere exiſtimandum omnia ſic potius miſtionis gradu, quam materiæ inter ſe differt. Vid *Carteſ. Princ. Philoſ. p. m. 168.*

Circa Superficiem Terræ plurima nobis occurrunt, quia è regione Terræ interiore cauſam efficientem obtinent Plantæ ſcilicet & omnia Vegetabilia; quanquam etiam neceſſariò motus externus aëris ipſis accedere debet; Quod primò nobis in hiſce occurrit, & quæ præcipua cauſa Vegetationis ſit, inquirendum eſt in Salibus.

SALIA

Diverſi generis dantur, ſed ferè ad triplicem claſſem rediguntur, 1. Salium acidorum & muriaticorum. 2. Salium alcalium fixorum. 3. Salium volatilium.

1. Salia acida & muriatica confundimus, quia hæc operationes ſuas plerunque pro ratione acidi continentis efficiunt. Salia muriatica dantur 3. naturalia Sal comune, Nitrum & Sal gemmę artificialia dantur diverſi generis ſed præcipuè unum celeberrimum & crebri uſûs, nempe Sal ammon.

reliqua

reliqua verò, quæ etiam inter Salia numerantur, reverà Salia non ſunt muriatica, ſed acida continentia vel particulas terreſtres vel metallicas, ut diverſa genera Aluminis & Vitrioli.

⊖ SAL COMMUNE.

Reverà Princeps omnium Salium exiſtit, valdè temperatum in ſuâ naturâ eſt ex acido & alcali benè conſtitutis : originem obtinet à materiâ ſubtili ſequenti modo : Materia ſubtilis mediante motu continuo per meatus & poros terreſtres anguſtos exacuata & ſubtiliſata, ita ut è particulis planis & maximè mobilibus jam magis ad ſtatum quietis redactæ ſint, retinentur circa illas particulas terræ, hæ particulæ ab aliis ejuſdem materiæ particulis (quæ per meatus terræ apertiores tranſitum obtinuere, adeò ut non tam immutatæ exiſtant) obviam factæ ſe invicem arripiunt & ſibi mutuò cohærent, quæ poſteà ſalem communem conſtituunt. Vid. *Leurſen* Chym. Schauplatz *p.74.*

SAL GEMMÆ.

Ejuſdem ferè naturæ eſt cum ſale comm. niſi quod in congreſſa illarum particularum plurimùm lapidicæ materiæ permixtum ſit, hæ particulæ diverſas edunt operationes; verùm quia jam ſolùm de eorum Generatione, Vires in *Cap. de Alterat.* & *Corruptione* videbimus.

⦶ NITRUM.

E' Sale communi magis volatili reddito ſimul cum particulis ramoſis contexitur : Proceſſus hic eſt: Particulæ ſalinæ communes mediante calore externo ſi Solis & radiis ☉bus in motum reductæ ſimul ſibi arripiunt in poros ſuos particulas ſubtiliſſimas ramoſas radiorum ☉ium, qui in hiſce ùt matricibus retinentur, unde etiam liquet, cur Nitrum è regionibus calidioribus allatum majoris ſit energiæ, nempe quia particulæ in majori motu exiſtere queunt & per conſequens particulas ramoſas magis poris ſuis appropriare : In Latrinis etiam & circa cellas & foveas oritur Hali⦶ quoddam ejuſdem naturæ, quia motu illo inteſtino & mediante putrefactione particularum ſalia illa ſublimantur, & ramoſas ibidem exhalantes particulas ſuſcipiunt : In Germaniâ verò & omnibus aliis regionibus frigidis Nitrum non tam bonæ notæ eruitur, quia ut ſecundum vulgus loquamur, nimio ſale communi refarcitum eſt, vel ut phyſicè, quia particulæ ſalis communis Nitrum conſtituentes non ſatis radiorum ſeu particularum ramoſarum ſibi aſſumpſere & in ſtatum volatilitatis reductæ ſunt. Sal Nitrum etiam artificiale fit è ſale communi, ſi nempe ſal commune cum calce permixtum parùm calcinetur, ut particulæ magis aptæ fiant ad aëris motum ſuſcipiendum, nempe calx viva poros ſalis communis aperit, adeò ut ingreſſus aëri in illos pateat, hic pulvis poſteà in ollam vel quodcunque vas injicitur & continuò humectatur aquâ comuni vel urinâ, ita

Digitized by Google

ita ut tantùm hæc materia ſit non fluida; humectatio hæc fit, quia nulla datur alteratio in rerum naturâ neque motus inteſtinus ſine fluiditate: hæc mixtura ita reponitur in ſole ſub umbrâ, ne pluvia in eam cadere poſſit & ſpatio 5. vel 6. menſium planè degenerabit in Sal Nitrum purum, quod aquâ communi elixiviandum erit, & Ungulæ, Coria & ſimilia ſale volatili abundantia adjici poſſunt, & tantò major ⦶ copia obtinebitur.

⊖ ✱. SAL AMMONIACUM.

Hoc apud Antiquos naturale reperiebatur, unde nomen ſuum deſumpſit ab Ammonis oraculo: è ſpiritu acido ſubterraneo & urinâ camelorum ſimul concretis ortum ſuum ducebat, jam verò vix datur niſi artificiale, quod in *Regn. Miner.* deſcripſimus. Hoc pro puritate particularum etiam varias operationes edit. Elegantiſſimi eſt uſûs ad animas mineralium educendas. Sal mercuriale ab Alchymiſtis vocatur, quia inſtar Mercurii volatiliſat particulas omnes.

⊕ VITRIOLUM.

A' materiâ ſubtili incidente in particulas metallicas ortum ſuum deducit: prout verò materia ſubtilis vel magis vel minus fuerit alterata & particulæ metallicæ puriores vel impuriores fuerint, eò major datur diverſitas tam in coloribus quàm in cæteris aliis qualitatibus: nempe ſi materia ſubtilis nihil immutata occurrat particulis venereis puris, inde oritur Vitriolum venereum: ſi verò aliquid ☽æ vel ☉is admixtum ſit ♀ri oritur Vitriolum Smaragdini & ſubluteï coloris, ut Vitriolum Hungaricum; ſi verò parumper alterata ſit materia ſubtilis & ſulphure groſſiori Venus abundet, oritur Vitriolum viride; ſic de cæteris aliis eſto judicium, ut de Vitriolo ferri: Multum verò diſcriminis eſt inter Vitriolum Martis & Veneris, nam quadruplo fortiorem ſpiritum Vitrioli martiale obtinet quàm venereum, quia particulæ terreſtriores, craſſiores multò plus materiæ ſubtilis in poris ſuis admittunt & magis amicè illas particulas diſſolvunt, ac ab iis retinentur in majori copiâ, quia poris ejus magis appropriatus eſt ♂ quàm ♀: ♀ enim ob texturam ſatis duram & firmam minus materiæ ſubtilis admittit, ægriusque ab eâ diſſolvi ſe ſe patitur.

O ALUMEN.

Conſtat ex particulis iiſdem acidis ac Vitriolum, niſi quòd loco metalli particulas terreſtres cretaceas diſſolvit, unde multò minus materiæ ſubtilis poſſidet quàm Vitriolum, quia particulæ terreſtres cretaceæ citiſſimè diſſolvuntur & extenduntur in mucilaginoſam materiam unà cum aquâ communi, & nunquam plus acidi admittunt quàm quod poris ſuis ſufficiat. Cætera verò acida quia ſubſiſtere nequeunt ac in poris illis latitare, neceſſariò fugam coguntur arripere.

Diverſitas Aluminis oritur à diverſitate 🜃ræ in poris diſſolutæ.

β. Salia alkalica nulla dantur naturalia, quia per ſe nunquam ſubſi-ſtunt & per artem è ſubjectis eruuntur ſeq modo. In Vegetabilibus quibuscunque hæret Sal volatile intermediæ naturæ, id eſt, ubi particulæ fixæ & alkalicæ nullam ſupereminentiam per ſe invicem habent, hæ particulæ in motum concitaæ ſimul fugam tentarent unà cum omnibus particulis, niſi mediante motu illo vehementi concitatæ ipſæ etiam particulæ terreſtres fugam illis impedirent, unde ſubſiſtere coguntur in poris illis retentæ & inſtar acicularum puncta minima ſola remanent, quæ figuram ac formam propriam amiſere, unde cunctis corporibus occurrentibus ſe ſe inſinuare illis nituntur, ut calvitiem propriam tegant. Acida autem ſalia illas particulas regunt & figuram propriam illis communicant, ut ſi ſpiritui ⦶ affundatur ⊖ alcali, inde fit ſal Nitri, aut tale quale antea fuit corpus, ex quo ſpiritus extractus eſt. Differentia ſalium alcalium conſiſtit in eo, quòd quò magis vel minus abundant particulis terreſtribus, eò magis obtuſæ vel acutæ fiunt: Sic ſi ſalia alcalia optimè fundantur & liqueſiant, magis purgantur & particulæ terreſtres expelluntur ac magis acutæ fiunt. Sic Salia è diverſis Vegetabilibus elicita diverſam quidem figuram obtinebunt, ſi lento igne calcinata fuerint, id eſt, ſi figura eorundem in tantum conſervetur, quantum fieri poteſt. Sic nempe particulæ terreſtres & acidæ ſimul retinentur, quæ figuram iis conciliant: Si verò in fuſionem particulæ illæ reducantur, omnes volatiles adhuc reſiduæ fugam tentant & ſolæ particulæ minimè acutæ & pungentes reſtant.

γ. Salia volatilia ſunt particulæ pungentes & acutæ volatiles circulationem in omnibus & vegetabilibus & animalibus promoventes. Figura horum Salium reſpondet ſalibus alcalicis fixis ut ſali tartari; at verò ſi ſubjectis inſunt & per artem nondũ ſeparata ſunt ſalia hæc volatilia, varia eorum eſt figura pro diverſis corpuſculis illud ambientibus; Sic fructus immaturi ſale volatili auſtero abundant, maturi verò dulci: Sic omnes herbæ vulnerariæ operationes ſuas præſtantiſſimas edunt mediante ſale volatili parumper adſtringente. Urina etiam plurimùm continet ſalis volatilis, ſed & acidas aliquas admittit particulas, unde ſi ex tempore urina ſuper ignem ponatur, evaporare ſolùm finit particulas aqueas relictis in fundo ſalinis volatilibus; Si verò mediante motu inteſtino particulæ volatiles prædominari incipiant exacuatis & ſubtiliſatis pro parte acidis particulis alterà verò depreſſis, ex tempore emittit Sal volatile & Spiritum ſubtiliſſimum.

VEGETABILIA.

Omnia Vegetabilia præcipuè originem motûs & nutritionis à Salibus deſumere diximus. Salia autem triplicis ordinis recenſuimus, ex quibus claſſis prima prout in ſtatu naturali eſt, maximè omnibus Vegetabili-

bus

Digitized by Google

bus inimica eſt, quia non tantùm acutas & pungentes particulas obtinet, verùm etiam ſcindentes, quibus poſterioribus non ſolùm ſubiret poros illarum in radicibus, verùm illas deſiccaret & imminueret, & in mucilaginem converteret, unde ſummopere plantis noxia omnia acida; verùm uti dictum, cùm omnia originem ſuam ex unâ eademque cauſa deſumant, hac in re idem evenit, nam particulæ hæ ſcindentes & acutæ ſuam malignitatem amittere queunt, ubi per continuam rotationem ac motum per meatus & poros valde anguſtos ac irregulares ita circumvolvuntur, ut neceſſariò particulæ illæ ſibi invicem cogantur ſubſidere & puncta acuta acquirere, unde poſteà inſtar Salis volatilis alcalici fuerit. Sic Terræ ſalſuginoſæ nullas plantas admittunt, quamdiu in ſtatu immaturo ac acido particulæ illæ ſalinæ acidæ conſtitutæ ſint, ubi verò temporis tractu, mediante motu aëris & proporrò motu inteſtino, particulæ illæ inter poros 🜃æ ita exagitantur, multò ſubtiliora & volatiliora evadunt & ad ſtatum maturitatis deducuntur; ita ut poſtea aptæ natæ ſint ſubire poros & radicum fibrillas, ac ibidem in fermentationem deduci, ſine ullâ læſione particularum, imò ut ſint inſtar fimi, quia particulæ illæ ſalinæ tantò magis imminuunt particulas terreſtres, ut fiant ramoſæ ac ſubtiles & nutrimento inſerviant plantis: E. g. Omnia illa loca, quæ à maris diſceſſu è faucibus ejus erepta ſunt, ea abundantia ſalinis à mari reſiduis primo anno nullum bonum vegetabile producunt, quia nimis cruda ſunt, ſalina, acida, ſed temporis tractu particulæ illæ magis ad maturitatem productæ ſegetes optimas producunt ſine ullâ ſtercoratione ad annum uſque 20. adeò ut ſolo illo ſale volatiliſato plantæ nutriantur. Salia alcalia fixa per ſe plantis non ſunt adhibenda, niſi etiam fermentatione inteſtinâ præcedente, ita enim magis approprianrur poris, ubi iſta è ſtatu fixo in volatilem reducuntur; Optimus eſt fimus, ſi cineres lignorum cum arenâ & 🜁â optimè permiſceantur & per aliquot tempus ſimul relinquantur, ut motu inteſtino planè profundantur & volatiliſentur particulæ alcalicæ, quæ poſtea fructus optimos producunt. ſcil. plantas; Salia volatilia propriè exiſtunt incrementum plantarum, quæ & nutrimentum ipſis conferunt, nempe particulas ramoſas & ſubtiliores 🜃res ſimul cum aquoſis ad ultimas uſque extremitates perducendo; neutiquam verò per ſe in uſum accerſenda ſunt, quia nimio motu ac particulis nimis activis prædita ſunt, verùm ut ſæpius jam dictum vel optimè permixta ſunt particulis terreſtribus & motu inteſtino ſibi invicem aſſimilatis; ſemper verò in uſum veniunt ſimplicia ſalia volatilia ac particulis ramoſis gaudentia; hæ ſcil. à particulis magis mobilibus & ferocioribus liberantur ob eaſdem rationes, quas in ſale volatili dedimus. Si verò recentia ſimpliciter uſurpanda ſunt cum ſ. q. aquæ obtunduntur, ut vires diluantur, fermentatione accedente hiſce particulis

 multò

Digitized by Google

multò melioris naturæ evadunt ac melius poris radicum accommodantur. Hæc Vegetabilia pro regione & loco variant: quæ enim in temperatis naſcuntur, feraciſſima ſunt, quia particulæ blando motu in altum elevantur & in motu proprio conſervantur ad ſtatum uſque maturitatis: In regionibus calidioribus ſæpius fructus bis in anno producuntur, quia continuo illo motu radii ☉res in magnâ copiâ concentrantur & habitus ſubtiliores è 🜃 regione interiore in magnâ copiâ educuntur, unde continuum alimentum fructibus ſuppeditatur. In Borealibus regionibus fructus ſemper ingratiores exiſtunt, ob motum ibidem deficientem, qui particulas illas concoquere poſſit & ad ſtatum perfectionis perducere. Per Corticem pleraq; Vegetabilia nutriuntur, quia maximè poroſus & pervius eſt, ſicque ſuſceptæ particulæ in fibrillis elevantur in altum ibidemque diſtribuuntur: Si verò plantæ vel herbæ, quæ in calidis regionibus naſcuntur, in frigidis locis colantur, eandem figuram obtinebunt, ſi particulæ illæ inteſtinum motum ſatis concipiant & externus calor ipſis accedat; verùm non eaſdem vires habebunt; Sic Vites Hiſpaniæ etiam in Septentrionalibus regionibus & in Germaniâ creſcunt, ſed planè mutato odore, ſapore, colore.

ANIMALIA.

Vel dantur quæ proprio ſemine vel corruptione juxta *Langell.* oriuntur: priori modo dum ſemen à matrice excipitur, fovetur, & hæc phantaſiam poſtea communicat cerebro ſuſcipientis, dein in bullam viſcoſam elevatur & à ſemine matris circumducitur, ulteriusque partes formantur: Caput verò medium circiter corporis æquat, quia phantaſia ideam conceptam maximè partibus ſibi convenientibus imprimit: Fœtus alitur puriſſimâ chyli parte & ſanguine ſubtiliori, qui continuò lentâ circulatione per illas venulas in umbilicum fœtûs infertur: poſteriori dum particulæ viſcoſæ ſpirituoſæ & ſalinæ volatiles ſimul in ſtatu intermedio (id eſt, inter fluidum & ſiccum) ſibi invicem occurrunt, motum inteſtinum ſuſcipiunt, (ſcil. ubi particulæ ab externo aliquo læſæ ſunt, ita ut à figurâ naturali diſcedant) quia verò particulæ viſcoſæ circumducunt particulas volatiles & inſtar matricis illas retinent, accedente calore externo ſe invicem arripiunt & ideo maſſam viſcoſam efficiunt, quæ in bullam elevata nobilitatem concipit; poſtea augente ſenſim naturali motu vitam ſenſitivam vel vegetativam particulæ illæ ſuſcipiunt, in Animalia ſic mutantur juxta ſentent. *Langellot.* ut in foliis, fructibus, &c. Tria ergò ſic requiruntur,

α. Læſio externa ſeu putrefactio.

β. Motus internus à particulis ſalinis & ſpirituoſis & viſcoſis ſimul junctis.

γ. Status non nimis humidus vel ſiccus.

II. *Alte-*

Digitized by Google

II. *Alteratio* generaliter fit à particulis ſalinis, quæ pro triplici ſuo ordine triplicem etiam effectum producunt in tribus Regnis.

Ex alteratione omnia rerum effecta in rerum natura producuntur.

Mineralia & Metalla quæ ſale acido alterantur minutiſſimos pulviſculos producunt, ceu quod viciniam ac contiguitatem particularum lædit, illas à ſe invicem dividit & in genere omnia acida mineralibus & metallis ſunt inimica: Pro diverſitate acidorum etiam effectorum eſt variatio: ſic ſpirit. Alumin. & Aq. fort. diſſolvunt & in poris ſuis retinent particulas metallicas ſibi appropriatas: Spiritus verò Salis vel Vitrioli illas particulas quidem & diſſolvunt & attenuant, ſed non retinent in poris ſuis. Conchilia ac Teſtacea Terræque ab acidis ferè quibusvis diſſolvuntur & in poris etiam illorum detinentur. Omnia item Vegetabilia & Animalia in mucilaginem & pulpam acidis vertuntur, quia viſcoſis particulis abundant.

Circa Colores, Acida, ut dictum, corpuſcula attenuant, ſuperficiem lævem reddunt, colores dilutos efficiunt, pro ratione verò acidi adjuncti etiam magis vel minus dilutus color evadit: Sic Salia muriatica & acida naturalia dilutum quidem colorem efficiunt, ſed Spiritus ex hiſce Salibus confecti quadruplo magis dilatabunt & imminuunt particulas: Spiritus verò Nitri ſicut omnes particulas ſuſceptas in poris ſuis retinet, ſic etiam ſuperficiem læviſſimam & colorem maximè dilutum & ſplendentem efficit, Spiritus verò alii debiliùs idem efficiunt. Salia acida putrefactionem ſemper prohibent, quia particulas ſalinas volatiles à motu cohibent & in ſtatum quietis ducunt.

Salia alcalia fixa fuſibilitatem metallorum & mineralium promovent, particulas leviores à craſſioribus & ponderoſiores fuſione ſeparant, corruptionem particulis inducunt, quia poros maximè aperiunt & humiditatem attrahunt, quam ad intimas uſque partes producunt, extractionem & ſeparationem particularum promovent. Omnia ſoluta ſale alcali acido præcipitantur. Circa Colores particulas præcipitat & ad ſe invicem adigit, unde obſcuri colores magis, particulæ etiam magis aperiuntur & dividuntur, ut Tincturam ſuam deponere queant. Omnia quæ alcali fixo tinguntur & à Nitro extrahuntur, altiſſimè penetrant, & ſe ſe poris ipſis inſinuant, unde egerrimè denuo diſturbantur: ſic Antimonium cum Sale Tartari fuſum ſcorias obtinet flavas, quæ ubi cuti adhærent, difficulter nimis eluuntur, quia in poros ipſos penetrant ſe ſeq; inibi ſiſtunt & retinent.

Alcalia plantas planè diſſolvunt, ut & Animalia, quibus ſe ſe intimè, pororum apertione recta inſinuant; unde omnia Volatilia in iis contenta liberiorem exeundi viam acquirunt, ideoq; & plantis deſtillandis adjiciuntur.

Alcalia coagulationem rerum utplurimùm impediunt & ſtatum fluiditatis corporum maximè retinere faciunt, quoque humores ▽ eos è ra-

moſis & ſpirituoſis, & inflammabiles extrahunt, ut in Spir. Vini, Oleo Lini; corruptionem metallorum impediunt, quia auſteros & acidos halitus è metallis prodeuntes infringunt & mortificant.

Salia Volatilia magni uſûs circa naturalia ſunt, tam ad vitam quàm incrementum ſuſcipiendum. Omnia ſubterranea minori quantitate illis abundant, quia pori nimis anguſti ſunt, quam ut puncta illa in ſe admittant : Vegetabilia verò & Animalia plurimùm eo Sale abundant, quia nervi & aliæ partes ſibi invicem ſubſiderent, niſi à particulis illis pungentibus diſtenderentur, Ex Acidis fiunt alcalia volatilia, ſi motus ipſis ſat magnus accedat & per vias anguſtas circulentur, unde particulæ, quæ antea obtinebant particulas planas ſcindentes & poros valde apertos jam ſibi invicem accedere cogantur, unde particulæ rigidiores & magis acutæ fiunt, quæ Salium volatilium nomine veniunt.

Circa Vegetationem maximas alterationes hæc Salia producunt, nam ubi in gremio terreſtri tanquam in propriis canalibus & fonticulis circulantur, ſunt ſatis auſtera & ingrata, occurrentes verò fibrillis plantarum illis ſeſe inſinuant, ibidem circa radicem fermentationem ſuſcipiunt & poris illius Vegetabilis appropriantur. [Sic & Chymici Virtutes Vegetabilium ſolis variis ſalium modificationibus adſcribunt, ceu & qualitatum loco totius ſimplicis craſis probè eſt conſideranda. Aliàs ejuſmodi alterationibss per ignem inductis & hinc texturâ mutatâ, fit, ut parùm retineant præparata Chymica de eorum nativâ virtute, ut & oſtendit ☉ fulminans,] hydragoga & hoc partim per addita, per operationum varietatem, ita ut quo magis compoſita ſunt medicamenta, aut magis operoſa, pro variâ ſcilicet operatione, variè immutatas habeant virtutes nativas] Succum verò viſcoſum & ramoſum ſeu particulas ▽ſas & terreſtres, quas unà ſecum ceu comites vehit, partim per radices ad intimam medullam appropriantur, quæ medulla plantæ primâ æſtate mollis eſt circumveſtita cortice multis poris ac interſtitiis locupletato; hæc medulla ſenſim magis dura evadit & lignoſa, cortex verò propriam figuram retinet, adeò ut lignum interius conſtituatur ex particulis viſcoſis terreſtribus ſenſim ac ſenſim induratis; particulæ verò ſalinæ volatiles, quæ fermentationem primam circa radices ſuſcepere ulteriùs per corticis poros devehuntur, ibidemque ſecundam fermentationem ſubeunt, quia verò pori ibidem ſatis aperti, ideo nondum magnam differentiam nempe alterationē aſſumſit. E Cortice primò erumpunt Folia, quæ ſunt particulæ ſubtiliores terreſtres ſucco illo auſtero abundantes, poſteà verò ubi alteratio major illis particulis accedit, Flores erumpunt, qui mitioris naturæ ſunt, quia magis Salia maturantur & mundificantur in iiſdem, ultimò è floribus hiſce Fructus erumpunt, qui primò ſatis ingrati & auſteri, quia particulæ ſalinæ & terreſtres

Digitized by Google

terreſtres nondum bene junctæ & in ſtatum perfectionis deductæ ſunt, calore particulas iſtas inteſtinas movente; accedente verò calore & motu Solis particulæ illæ intra ſe agitantur & colliſionem patiuntur, unde primò planæ fiunt, i.e. magis acidæ; ubi verò continuo illo motu particulæ illæ ramoſæ ſimul agitantur, Salia illa ex acutis & ſcindentibus auſteris particulis magis dulcia & volatilia evadunt, ſe ſeque intimè particulis ramoſis immiſcent, unde è decenti hac figurâ particularum ſubtilium & ramoſarum fructus ad ſtatum maturitatis perveniunt, unde in regionibus ſeptentrionalibus fructus ſemper acidiores fiunt, quia mixtura illa particularum decenter non fit, neque Salia ad ſtatum volatiliſationis producuntur: Fructus horarii dicti citiſſimè unâ æſtate creſcunt & moriuntur, & primò citiſſimè in altum elevantur ob pororum laxitatem, qui plurimùm alimenti admittunt, accedente verò calore ☉ri æſtivo ob eoſdem poros laxos citiſſimè pereunt, quia motu illo vehementi particulæ agitatæ in ſudorē quaſi perrumpunt, & nutrimentum aſſumptum evaporare ſinunt, eodem planè modo, quo homines debiliores & Valetudinarii, qui motu quocunq; in ſudorem projiciuntur & tractu temporis omnes ferè vires amittunt. Sic omne nutrimentum ſuſceptum in vapores exhalat ob orificia pororum ac vaſorum nimis aperta, quæ ſenſim calore aëris magis magiſque rareſiunt, ſic reliquæ particulæ nutrimento proprio deſtitutæ neceſſariò flacceſcunt & exiccātur.

Hæc Salia diverſa in plurimis Operationibus producere ſolent effecta, ut circa Colores, Odores, Sapores.

Quoad Colores, corpuſcula tingentia ab illis variè modificantur non ſolùm illa præcipitando, ſed etiam illa variis modis intorquendo, poros enim maximè irregulares & particulas leviſſimas exinde efficiunt, unde obſcurioris & nigri vel ad nigrum accedentis coloris fiunt. Omnes verò colores, qui Salibus alcalicis fiunt, coctionem diuturnam magis requirunt, quàm quæ Salibus acidis, quia hæc in minimas atomos, illa verò groſſas partes ſaltem corpuſcula illa reſolvunt, & ſe ſe inſinuando potis corporum illorum illis tanquam vehiculi loco inſerviunt minimis & acutis ſuis punctis, ita ut inſtar terebræ poros corporis ſuſcipientis colores illos perforent & ad intimos aditus corpuſcula Tincturam conſtituentia provehant, unde etiam pertinaciſſimè iiſdem corporibus inhærent, ut in nigris & obſcuris coloribus patet. Obſervandum eſt in Nigris particulas valde imminui, antequam medio alkalicarum præcipitentur, quia leviſſima eſſe oportet, dein præcipitationem ſine magnâ vi fieri debere, quia aliàs nimis magno impulſu particulæ ad ſe invicem adiguntur, & nimis graves ac ponderoſæ fiunt, unde ſuperficies quidem irregularis & aſpera & colores obſcuri, verùm particulæ non ita intorquentur, ut poros ſatis magnos admittant, in lævibus ſuis particulis, in quibus acies oculorum noſtrorū recipi & in iiſ-

dem irretiri queat, ideoque requiruntur alcalia volatilia, quæ non ſolùm particulas jam imminutas præcipitare, verùm etiam intorquere poſſunt. [Not. Atramentum lintea maculans ſucco citri pellitur, quia Vitrioli partes ferrugineas, ut patet, quod Limat. Martt. aceto infuſa uſque ad rubiginem & impregnata pulveri Nucum gallarum mixta fiat nigra, de novo diſſolvit, uti aliàs fit præcipitatione alcalium, quòd de novo nigreſcant talia.] Fiunt autem Colores obſcuri & nigri, ſi particulæ læviſſimæ præcipitationi ſatis aptæ primò acido aliquo imminutæ corpori objiciuntur alcali volatili gaudente, tenaciſſimè etiam color hic inhæret, quia particulæ ita acido imminutæ ad intimas uſque corporis ſuſcipientis partes penetrant ſine ullâ perturbatione, ibidemque blandâ efferveſcentiâ corpuſcula in acido contenta expelluntur & præcipitantur, quæ poſteà colorem nigerrimum vel ſubnigrum præbent. Si Colores variè modificantur, id eſt, exaltantur vel deprimuntur pro ratione corpuſculorum & ſalium in coloribus adhibitorum, ita ut inde obſcurior vel dilucidior color exurgat, eadem ratione naturaliter Vegetabilia magis vel minus tinguntur, ſic nempe omnia, quæ obtinent Salia auſtera & rigida volatilia viridis & ingrati coloris ſunt; quæ verò magis Spiritu ramoſo & Sale volatiliſato turgent, eo flavioris & ad rubrum accedentis coloris fiunt: Si verò particulæ craſſæ terreſtres in illis ramoſis & ſalinis volatilibus abundent rubri & obſcurioris coloris evadunt: Quæ verò pallida, alba, dilutioris coloris ea à particulis ramoſis acidis terreſtribus oriuntur, unde etiam plerunque frigidæ naturæ eſſe dicuntur. Quoad Differentiam Colorum variorum in unâ plantâ ejuſque foliis, ita judicat *Mariotte Traité des Couleurs pag. 643.* que quelques unes de leurs fibres ont des pores plus petits, que ceux des autres fibres & qu'ils ne laiſſent point paſſer quelques uns des principes les plus groſſiers de la matiere des couleurs, ou bien qu'eſtant diverſement figuréz, ils leur donnent de nouvelles configurations.

Circa Odores etiam maxima varietas accidit. Odor verò nil eſt, niſi particularum volatilium motus, ſcilicet exhalatio tenuiſſimarum particularum ramoſarum & ſalinarum volatilium, ita ut Salia ſeu Spiritus volatiles cauſa ſint, ramoſæ verò partes variam alterationem iis communicant; E. g. Si particulæ ſalinæ volatiles prædominium obtineant, adeò ut in minimâ quantitate ramoſæ illis conjunctæ ſint, oritur Ingratus odor, quia vellicant & pungunt nervos noſtros. Si verò ramoſæ ac viſcoſæ particulæ exuperent longè ſalinas volatiles, minor inde fit exhalatio, ut in Sacchraro, Melle, Oleo expreſſis. Ubi verò bona ac decens particularum volatilium & ramoſarum eſt mixtura, Gratus inde odor oritur, ut in Ambra, Moſcho, Oleo Ligni Rhodii, &c.

Sapor eſt vellicatio & punctura linguæ nervorum à particulis ſalinis

& ſpi-

